

Verum difficultatem mihi faciebat consideratio, quod hujusmodi innovatio, non processit ex sola privata partium conventione, quam deinde Papa simpliciter approbasset, juxta speciem illius beneficii Apostolici, quod concedi solet pro solemnitate requisita per extrav. Ambrosio, de reb. Eccl. non alien. quibus terminis retentis, clarum, & in controversibilem credam lesionem S. Conventus, & universae Religionis, clarumque, ac certum hujus partis bonum jus, sed id gestum erat per Papam motu proprio ad tollendas occasiones scandalorum, & inconvenientium exinde resultantium, causa cognita, & pro publica utilitate Ecclesiae Universalis, seu Reipublicae Christianae, ut ipsa facti series comprobare videbatur, Et clarius comprobabat attestatio Cardinalis ejusdem Pontificis nepotis, de ejus mente informatissimi, & quae attestatio fuit potissima causa ultimatum resolutionum, Tum ex verisimili noticia voluntatis Papae, Tum ex constanti opinione summæ integritatis, ac rectitudinis ipsius attestantis, cui proinde merito deferendum est.

Unde propterea Papa, tanquam absolutus dominus bonorum omnium Ecclesiarum, accedente potissimum dicta causa publica, potuit sine dubio tollere istas oblationes priorum Ecclesiarum possidentium, & tradere alteri, cui magis de congruo debita videretur etiam sine aliqua recompensa, ut videmus de tot Monasteriis, & Abbatibus, quae prius possidebantur per Benedictos, & Cistercienses, ac alios Monachos, concessis Sacri Religionis Hierosolymitanae, aliisque Religionibus, seu commendari solitis, potissimum dum agitur de oblationibus, quae sunt in ipsamet Ecclesia, ac etiam quia quodammodo in his Observantibus de familia cessare videtur illa incapacitas, quae antiquitus obstat, unde potuisset id agere etiam sine recompensa quam tamen dare voluit ad quemdam superabundantiam, ideoque intrare non videbantur termini textus in l. 2. de rescind. vendit. minusque alii extrav. Ambrosio, sed totum punctum considerabam consistere in voluntate Papae, & quid facere voluerit, qua voluntate posita, juxta dictam attestacionem, Egomet sentiebam difficultatem.

ANNOT. AD DISC. III.

Uteriore progressum ista causa pro mea noticia non habuit, & merito, quoniam ipsius eventus docuit, Sac. Conventui potius expedire habere redditus locorum Montium, quam emolumentum oblationum, ob earum notabilem diminutionem, ut tractu temporis devotione frigerent, fere in omnibus consimilibus oblationibus sequi solet, neque inaequali praeminentia praedictatum remanet, dum per Sac. Conventum, ejusque Guardianum, & Fratres constituitur in praerogativa accedendi ad solemnitatem cum processione, ibique celebrandi.

NEAPOLITANA CAPELLAE INTER CIVITATEM, ET CAPITULUM METROPOLITANAE.

Discursus in congressu pro eruenda veritate.

An patroni laici, sive capellani, & ministri particularis alicujus capellae existentis in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, jus habeant prohibendi Canonici, & capitulo ejusdem Ecclesiae ingressum in capellam cum habitu, & praeminentia canonicali, & ne actus praeminentiales ibi exercere valeant.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Dominus prohibere potest alius, ne propriam domum, seu proprium fundum eo invito ingrediatur.
3 In praesentibus non habetur ratio de qualitate personali, sed de officio, vel munere.
4 Laicus non est capax custodiae reliquiarum.
5 Patronus laicus non est dominus Ecclesiae, vel capellae, sed solum habet jus honorificum.
6 Jus patronatus continet meam gratiam.
7 Patronus capellae prohibet inferri aliena cadavera.
8 Capella de jus patronatus non definit esse de Ecclesia.
9 De observantia Capellarum Sixti, & Pauli in Basilica S. Mariae Majoris.
10 Argumentum a contrario sensu, quando intret.

D I S C. XII.

Cum in Ecclesia Metropolitana Neapolitana multae insignes Reliquiae, illarum praesertim capitis, & sanguinis S. Januarit, in quibus certitur quotidianam adeo celebre miraculum, affererentur in quadam antiqua capella non omnino indecora, sed parum proportionata majestati talis Civitatis; Ex voto, cum publico ingenti sumptu futurum circiter 300 mil. eadem Civitas magnificenter confutavit capellam, vultu nuncupatum Theofaurus pro Reliquiis in ea afferendis, dictaque constructione pendente, obitum a Paulo V. ejusdem capella jus patronatus, cum onere erigendi, & dotandi sex canonicatus pro sex novis Canonici, quorum praecipuum munus verari deberet circa ipsius capellae cultum, & curam Reliquiarum, quae custodiri deberent sub duabus clavibus, quarum una esset paenae Archiepiscopum, altera vero paenae ipsam Civitatem, ejusque deputatum; Deinde quod mutato consilio, obitum ab Urbano VIII. ut loco dictorum Canonici erigeret 12. capellanas pro totidem capellanis nobilibus platearum, seu sedilium, vel saltem civibus per veritatem non per fictionem, quibus dictum munus incumbere; Cumque ab Archiepiscopo prodidisset sententia pro dictarum literarum executione, appellacionem interposuerunt Capitulum, & Canonici, praesertim vero Canonici Theofauri nuncupatis, cui prius cura Reliquiarum in antiqua capella incubebat, unde post hanc acerrimam disputationem per Signaturam justitiae commissa fuit causa appellacionis in Rota, cum clausula, pario literis arbitrio.

Verum quia mox ex hujusmodi lite resultantes aliquod scandalum in populo parere poterant, Idcirco per Innocentium X. cum summa prudentia mandat fuit Nuncio Apostolico in ea Civitate residenti, Ut quibuscumque inhibitionibus Rotalibus non obstantibus, executioni demandarentur dictae literae Urbani super apportionatione Reliquiarum ad novam capellam, ac etiam effectuarentur quadam concordia inter Archiepiscopum, & Civitatem tractata super modo tenendo in futurum, prout utrumque de mense Maji 1647. sequutum fuit, me in Curia circa praemissa, quamvis adhuc formiter non suscepta Advocacione, ruente partes Civitatis, In qua concordia praeter ceteris convenit fuit, quod ubi contingeret Reliquias in Ecclesia ejusdem, sive per Civitatem processionaliter apportari, totum id fieret per Canonicos, abique eo quod capellani possent desuper se ingerere, ita tamen quod converterto Canonici non se ingererent in ipsis Reliquiis intus capellam, sed eas recipere deberent a capellanis, eidemque restituerent in ejusdem capellae limine, seu cancellis; Ac etiam, quod ubi Archiepiscopus ab ipsa Civitate invitatus ibi solemniter celebraret, vel assisteret, tunc totum Capitulum juxta formam caeremonialis intervenire posset, ut Archiepiscopo assidentiam, seu circulum faceret, Ubi vero Missam privatam ibidem celebrare vellet, tunc posset pro ejus assidentia, & servitio secum habere quatuor Canonicos cum cappa, seu habitu canonicali; Qua concordia si stante, in ista tamen sine interventu Capituli, eaque effectivata, lis ulteriore progressum non habuit, Verum post aliquod notabile temporis intervallum, inter Civitatem, & Capitulum nova exorta fuerunt controversiae, praetendentibus Civitatis Deputatis, extra casus, ut supra in concordia conventis, non posse Canonicos collegialiter, vel singulariter dictam capellam ingredi, ibique assistere cum habitu canonicali, praesertim vero occasione assidentiae Proregi, vel alicui Cardinali, seu Principi dictam capellam, & Reliquias visitanti, praetendente Civitate hujusmodi assidentiam in ipsa capella spectare debere ad ejus capellanos, quamvis Capitulum ad formam caeremonialis in porta Ecclesiae, Proregi, vel alteri Principi occurreret, & respectivè associaretur, quare Capitulum recurrent ad Sac. Congregationem Rituum, ex meo consilio, providendo in hoc Tribunali paenae certam succumbentiam, opportuno reputatum fuit reassumi facere causam, ut supra ab anno 1647. introductam in Rota ad instantiam ejusdem Capituli, consulendo tamen eidem Civitati, ut cum aliquo prudentiali temperamento curaret effugere judiciale experimentum, in quo de succumbentia magis timendum videbatur.

In congressibus autem desuper pro directione habitis, aliqui cum solo lumine naturae magis quam cum juris regulis forte procedentes erant in sensu, quod probabilis beneque fundata esset intentio Civitatis, ex Apostolica auctoritate Patronae, & ex eadem auctoritate habentis capellanos, & ministros ad praefata capellae servitium, & cultum deputatos, se fundantes in regula aliis de jure certa, in clavis, ac literalibus juribus fundata, neminem posse invito domino alienam domum, sive alienum fundum ingredi, ibique praeminentiales, seu alios facere ad quem non placitos ipsi dominos, a quo prohiberi possunt, qualem credebant esse casum controversiae, ita proinde sperantes de facili bonum causae exitum, aliud non dudum fundamentum nisi illud dictae regulae generalis domini prohibentis non dominum ingredi domum, vel fundum proprium.

tos, se fundantes in regula aliis de jure certa, in clavis, ac literalibus juribus fundata, neminem posse invito domino alienam domum, sive alienum fundum ingredi, ibique praeminentiales, seu alios facere ad quem non placitos ipsi dominos, a quo prohiberi possunt, qualem credebant esse casum controversiae, ita proinde sperantes de facili bonum causae exitum, aliud non dudum fundamentum nisi illud dictae regulae generalis domini prohibentis non dominum ingredi domum, vel fundum proprium.

Diversa erat mea sententia, quod scilicet hujusmodi praesentio, quamvis ex more regionis in legibus congruentiae, & honestatis esset de facto nimium probabilis, eo quia temporum conditio, vel ob pestem, quae nimis in ea Civitate de recenti crassata erat, vel ex alio accidente, debeat, quod plures ex Canonici bus desiderent in personis nimium popularibus, unde propterea satis incongruum, & indecorum videbatur, istos capellanos nobiles platearum, seu sedilium ita longe inferiorem, & subordinatam figuram facere debere; Nihilominus de jure id nullum habebat fundamentum, unde propterea persisteram in sensu, quod omnino effugendum esset judiciale experimentum, atque solum in hauriendo esset viis, seu mediis prudentialibus, quoniam in judicio, hujusmodi contingit, quae sunt potius de facto, quam de jure non attenduntur, ut docet quotidiana praxis, tam in capella Pontificia, quam in omnibus aliis congregatibus, & functionibus, & magnitudine qualitatis, quod personae nobilissimae, & magnitudo muneris, quod exercet, obsequium, & servitium praesentant personis longè inferioris ordinis per naturam, in majori praeminentia, & dignitate, vel officio constitutis, quia respectus habetur ad munus, non ad qualitatem personalem.

De jure siquidem, proffus eroneum videbatur dictum assumptum, quod Civitas esset domina capellae, Canonici vero eam ingredientes, sive in ea praeminentiales functiones facientes dicentur esse in domo aliena, quoniam quilibet sit de quaestione, An Magistratus secularis Civitatis, seu alter patronus laicus sit capax custodiae, & administrationis sacrarum Reliquiarum, de quo particulariter agit Andreol. contrav. 380. ubi plene substat affirmativam, ratione ejusdem antiquae quasi possessionis, seu consuetudinis; Ista difficultas in praesenti cessabat ob inditum Apostolicum, per quod expressè Civitati conceditur quaedam participatio in sola custodia, mediante retributione unius ex duabus clavibus, Necnon conceditur plena, & independens ejusdem capellae administratio in temporalibus, tanquam in bonis, & iuribus ab ipsamet clarigis, unde propterea concessio remanet justa, & rationabilis; In reliquis autem aliud non habet, nisi simplex jus patronatus, quod non praebet dominium, sed solum quandam praeminentiam honorificam in ordine ad jus praesentandi, vel deputandi Canonicos, & ministros, quos habiles, & idoneos Episcopus recipere, & instituire tenetur, Vel in ordine ad praeminentias, & honorificas secularibus congruis, sibi discretive a reliquo populo debitas, aliaque jura collecta per Lambertin. & Vivian. in tract. de juspat. & habetur in sua materia, praesertim in Pampilonen. capella, sub tit. de juspat.

De reliquo enim jus patronatus, quod laicis ratione fundationis, & donationis conceditur in Ecclesiis, vel capellis, dicitur mera gratia ad alliciendos earum fundatores, seu doctores, indubitanter autem non importat dominium, ita & taliter quod alias etiam laicis non praetendentibus coaequales honorificas patronales prohibere possent ingressum, cum hoc jus privatum, seu prohibendi solum procedat in sepulturis, ad quas, invito patrono, & constructores, inferri non possunt aliena cadavera ex deduct. per Loet. de benef. l. 2. q. 4. Rovit. com. 75. l. 2. Gregor. & add. dec. 145. & plures in dicta sua materia d. tit. de juspat. praesertim in d. Pampilonen. Capella, ac etiam in aliis sub tit. miscellaneo verum Ecclesiasticum.

Clarius vero ac extra difficultatem in ordine ad Canonicos ipsius Ecclesiae Cathedralis, in qua existit capella, quae ob hujusmodi qualitatem non definit esse pars, & membrum ipsius Ecclesiae, cujus formale corpus constituitur, seu representatur per ipsum Capitulum constitutum illius corporis, cujus caput est Episcopus, ut frequenter sub tit. de jurisdictione, Ac etiam in Ampurien. & Civitaten. praecedente, hoc tit. disc. 17. & consequenter, ita potius retorquetur dicta regula in puncto juris vera, de dominio prohibente non dominum, ne ipso invito itam domum, vel fundum ingrediatur, ibique actus dominicales, seu praemi-

nentiales exerceat, quoniam laici non domini prohiberentur Capitulum dominum in domo propria, Cum tamen ubi agitur de Capitulo Cathedrali, etiam in Ecclesiis alienis, quoniam, & exemptis sibi praeminentibus, & praerogative debeantur juxta distinctionem, de qua in dicta Ampurien. praecedente, & in aliis hoc eodem titulo, & in altera de jurisdictione.

Ad evidentiā verò, & in casu longè fortiori, id comprobari dicebam, ab observantia praesertim duarum insignium capellarum Sixti, & Pauli V. in Basilica S. Mariae Majoris, & quae sunt adeo exemptae, & privilegiate sub jurisdictione proprii protectoris, quod in aliquorum sententia reputatur, ac si essent omnino separate ab ipsa Basilica, & tanquam sub diverso, & separato territorio, ex iis quoque occasione controversiae inter dictam Basilicam Cardinalem Archiepiscopum, & Cardinalem Protectorem capellae Sixtinae habentur in Romana Capella, seu praeminentiarum, & in Policastren. dist. tit. de jurisdictione, disc. 19. & 35. & tamen Canonici ipsius Basilicae abique eadem capellam ingrediuntur cum habitu canonicali, & praeminentialiter; Imò cum tali praeminentia, quod in functionibus privatis, quod collegialiter assunt, praecedunt Praelatos quamvis in Episcopali dignitate constitutos jure privato, & sine capis, tanquam personae de populo ibi assistentes, ut docet quotidiana praxis in Litanis, quae singulis Sabbatis cantantur in capella Paulina, praesentibus etiam capellanis in longè humiliori loco existentibus, quamvis essent plenarie exempti a quacumque jurisdictione Archiepiscopali, & Capituli; Multo igitur magis in hac facti specie, in qua agitur de Capitulo Cathedrali, non in Ecclesia aliena, sed in ipsamet Cathedrali, & propria, & quod magis, neque in capella exempta, sed subdita, cum in literis Urbani Octavi id expressè cautum esset.

Neque videbatur praemissis obitare dictam concordiam, Tum quia illa inita cum solo Archiepiscopo praedictae non potest Capitulo non intervenienti; Tum etiam quia ex actibus affirmativis in dicta concordia contentis non bene inferitur ad hujusmodi negationem, atque in iis, quae juris dispositioni expressè adverfantur, non intrat argumentum a contrario sensu, sive ubi absurdum, vel inconveniens alius resultaret ex collectis per Barbof. loco commun. 27. num. 29. & seq. & num. 34. & seq. inter. tract. de iur. variis; Est bene verum, quod magna, satque urgens est, inspecto more regionis, dicta ratio congruentiae, ob quam semper, laudabiliter, ac prudenter agerent Archiepiscopus, & Capitulum hanc praerogativam adeo magna beneficentia Civitatis conservare, ut ita ad magis benefaciendum alliciantur, atque dammandum potius, quam laudandum contrarium.

ANNOT. AD DISC. XII.

Ad materiam contentorum in hoc discursu videantur deducta inferius disc. 40. & in Miscell. Eccl. disc. 33. ubi concordantes.

ROMANA PROTECTIONUM INTER CARDINALEM SABELLUM DE PERETTIS, ET CARDINALEM PROVINCIALEM MARCHIAE.

Discursus arbitrariis in ratione movendi.

Sub nomine Cardinalium de familia, parentela, vel sanguine Pontificis Sixti P. Fundatoris, tales Cardinales vocantur ad protectionem, aliasque praeminentias ejus capellae Sixtinae; An veniant attrinentes per cognationem, qui naturaliter sint de sanguine, & parentela, non autem de familia, & agnatione; Et quid de illis qui sunt de familia, ficta, seu artificiali per assumptionem, seu aggregationem, aut adoptionem; Et quando haec fieri possit, & operativa sit in tertii praedictum, ita ut adoptati, vel allesti dicantur de familia ad omnes effectus.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Remotior non removetur per proximiorum supererogationem.
3 Potest, seu difficultates in causa.
4 Distinguntur inspectiones.

- 7 Per una familia non conveni cognatis, sed solum agnatis in fideicommissis, & num. 8.
- 8 Item in iurepatronatus, & num. 11.
- 9 Conterium, quod scilicet regulariter, & indefinite sub nomine familia veniant tam agnati, quam cognati.
- 10 Declaratur conclusio, de qua num. 5, ut procedat de consuetudine Italiae.
- 11 Consuetudo attenditur in solo casu individuali, & non extenditur.
- 12 Habens pro se regulam dicitur habere intentionem fundatam non docto de limitatione probanda.
- 13 Declaratur conclusio, de qua num. 6, & 18.
- 14 In materia iurepatronatus, vel alia Ecclesiastica procedendum est cum sensu iuris canonici, non autem civilis.
- 15 Vocabulum parentela, quid significet.
- 16 A quo tempore habeatur notitia, & usus legum civilium.
- 17 Quandoque etiam verbum parentela importat restrictionem ad agnatos.
- 18 Quid prosit habere pro se regulam, seu vocabulorum significationem.
- 19 De verbo sanguinis, seu consanguinitatis, quid significet.
- 20 De eadem conclusio, de qua n. 11, ut in materia ecclesiastica attendatur vocabula iuris canonici.
- 21 De aliquibus administris voluntatis disponentis.
- 22 Peractis agnatis, & cognatis, videtur attendendus ordo gradationis in agnatis.
- 23 Argumentum ab absurdo non leve.
- 24 Quando una quibus alteri addita sit qualificatio, vel ampliatio, itam una eorum sufficit.
- 25 Exemplum non est iudicandum.
- 26 Coopati in familiam, illamque artificialiter asstantes habentur, ac si de vera familia essent.
- 27 Dicitur adoptio, seu allectio in familiam an fieri possit in praesentium substitui, seu alterius vocati, & quando.
- 28 An Civitas possit dare civilitatem forensi in alterius praedictum, & quando, & num. 31.
- 29 Adoptiones, seu allectiones tertio praedictales non possunt fieri nisi per primum.
- 30 Vocata familia intelligitur de ea, que erat testatori cogitata, non de postmodum allecta.
- 31 Aggregati in familiam non succedunt in iurepatronatus familiarum.
- 32 In actibus tertio praedictalibus non attenditur fraus consilii, sed fraus praedicti, & re ipsa.
- 33 Declaratur conclusio, de qua num. 26.
- 34 Quando dicitur adesse voluntas fundatoris.
- 35 Magis diliguntur cognati immediati procreati a familia agnata.
- 36 Observantia equivoce non attendenda.

D I S C. XIII.

Inter opera, que Sixtus V. in statu pauperis Cardinalis, animo Regio, quavis maioris fortune praeficiis magnifice initiavit fuerunt insignis Cappella Praelege in Basilica Sanctae Mariae Majoris, & Collegium Bononiense pro scholaribus Provinciae Picenae, quorum utrumque assumptus deinde ad summum Pontificalem apicem, perfecti cum ea majori magnificentia, quam Pontificiam maiestatem decebat; Arque inter plura privilegia dictae Cappellae concessa, per eius Constitutionem 58. fuit illud circa eius, eisque ministrorum, & hominum imperium, & omnimodam exemptionem a iurisdictione, & suppletoriae Archiepiscopali in dicta Basilica, aliorumque iudicium, & officialium, illam immediate subijcitur Cardinali Protectori, iuxta ea, que habentur in Romana Capella, seu praeminentiarum, ac etiam in primo Praetorem Alexandrum Cardinalem de Monte alio nuncupatum eius pronepotem ex filia Camille germanae sororis, alias de familia Danafena, coopatum in familiam Peretianam in ipso Pontifice expirante, deinde deinceps successive post dictum Alexandrum hanc protectionem spectare debere (per verba praefata) ad antiquitatem Cardinalitatem ex nostra familia, & parentela, vel in eius defectum Provinciae Archiepiscopali, seu si nullus fuerit, primum Praesbyterum Cardinalem pro tempore, subiungendo etiam per verba praefata, quod licet nullo existente nostro sanguinis Cardinalis, alius ut supra huiusmodi manus exercere inciperit, nihilominus si postmodum contingat aliqui in nostra familia, & parentela ad Cardinalem honorem assumi, ut in eisdem muneris assumptione praefari debeat, ac deputato alterius in ipso

cessare censetur; Concedendo etiam ejusdem Cappellae, ac beneficiorum in ea credebatur iurepatronatus Principi Michaeli pariter pronepote, & in familiam coopato praefati Cardinalis Alexandri germano fratri, deique descendentibus per lineam masculinam, eaque defectu, descendentibus per femininam, & in illius quoque defectum, descendentibus ex eorundem Alexandri, & Michaelis sororibus, quas etiam de Peretis nuncupavit.

In dicto vero Collegio Bononiensi per eius Constitutionem 89. per eadem verba praefati in Protectorem dictum Alexandrum, & successores Cardinalem de familia, & parentela, & in illius defectum dictum Cardinalem provincialem, quo etiam deficiente succedit Cardinalem ab ipso scholaribus eligendum; Exeritque etiam in Conventu SS. Apostolorum Urbis, cuius ipse alumnus fuerat, Collegium S. Bonaventurae, cui etiam Cardinalem protectorem, eodem admodum modo, quo in aliis supra praefecit, cum hac sola differentia, quod cessantibus Cardinalibus, tam de familia, & parentela, quam de provincia, succederet Cardinalis Protector Ordinis.

Praefato Alexandro Cardinali de Montealto morienti in dictis tribus protectoriis successit Andreas Baronis de eodem Oppido Montis Alti, Cardinalis Peretius nuncupatus qui praefati Alexandri conjunctus, atque ab eo in familiam coopatus, ad eisdem praesces per Clementem VIII. ex motivo gratitudinis erga Sixtum V. eius creatorem, ad hanc dignitatem evectus fuit, eoque defuncto, nullo existente Cardinali de familia, parentela, vel sanguine Pontificis, dictas Protectorias obtinuerunt Cardinales Provinciales, primo scilicet Centinus, alias de Asculo, & secundo Pallotta.

Cumque de anno 1641. Abbas Franciscus Peretius unicus filius masculus dicti Principis Michaelis effectus esset Cardinalis, de Montealto etiam nuncupatus, hic praerendere cepit protectorias vocatae Cardinali Pallotta, sed tunc cognata per quandam Congregationem particularem ab Urbano VIII. deputatam, obtinuit illam Capella Sanctae Mariae Maris, in qua solum disponitur, superveniente Cardinale de familia, & parentela huiusmodi vocacionem habere, succubit vero in aliis, & merito, quia dicta specialis provisione cessante intrat dispositio juris communis, qua attenditur, recepta propositio est, de qua supra sub tit. de fideicommissis, ut proxiorum, seu de genere praedictorum superveniens non avocet bona, vel iura a remotiori iam admisso.

Obiit de anno 1655. dictus Cardinalis de Montealto junior, scripto haerede cum perpetuo fideicommissio, ordine primogeniturae deferendo, proximoque masculo primogenito sibi in gradu consanguinitatis conjuncto cum onere assumendi eius cognomen de Peretis, quod verificatum fuit in Paulo Sabello filio primogenito Mariae Feliciae germanae sororis dicti testatoris, nuptae Principi Sabello, qui hereditatem agnovit, & cognomen suscepit, ut habetur actum in Romana, seu Venetiana successione feudorum, & in Romana donationis feudorum 30. sub tit. de feudis, disc. 179. & 23. Quare Cardinalis Ursinus nepos Ursinae germanae sororis dicti Principis Michaelis, tanquam de parentela, & sanguine Pontificis praerentionem excitavit, quod dicta protectio capellae a Cardinali Pallotta iam reasumpta sibi debita esset. Verum deputata per Alexandrum VII. particulari congregatione, contra actorem, me pro eo scribente, non absque aliqua discrepantia de anno 1661. prodierat resolutio, cuius vigore Pallotta continuavit usque ad obitum; Quamvis enim dictus Paulus Sabellus de anno 1664. ad Cardinalatum promotus esset, atque a me, ac aliis consilium etiam pro veritate habuisset super eius praerentione in dicta protectione capellae, ex praedictalibus tamen motivis expectare determinavit praefati Pallotta jam decrepiti ferre imminente mortem, qua sequuta initio anni 1668. orta est controversia inter eundem Cardinalem Sabellum, ut supra effectum de Peretis, & Cardinalem Azcolinum provincialem; quam concorditer decidendam remiserunt in duos Advocatos, me scilicet electum ex parte Sabelli, & alterum, electum ex parte Azcolini, ac unum Praetatum concorditer deputatum tanquam tertium.

Habito igitur congressu, auditisque utriusque partis Advocatis, & procuratoribus, tam oretenus, quam in scriptis non levis habita fuit disputatio, cum doctus quidem, ac elaboratus Advocatus electus ex parte Provincialis, pro illo in omnibus sentiret, Ego vero electus ex parte Cardinalis de sanguine, ac doctus, & ingeniosus Praetatus electus tanquam tertius ab utroque quamvis de stricta iuris censura dubitarem, quod omnes protectiones debite essent Cardinali Sabello, cui mens, & verba fundatoris assisterent, Nihilominus cum non ageremus partes iudicium, sed arbitrium, ex quadam epicheja, Ego mediam viam eligendo, eram in sentiu, qui Praetatus adhaerens, adjudicandi duas protectorias, capellae scilicet, & Collegii Bononiensis Cardinali Sabello, tertiam vero Collegii S. Bonaventurae Cardinali Provinciali, omnibus tamen remanentibus in terminis simplicis discursus, & rationis dubitanti abque formali resolutione, ad quam ordinandum, ac veritatem indagandam, per utrumque ex nobis Advocatis edita fuerunt moriva, seu discursus pro sublimando, & comprobando proprio sensu, adhuc tamen indeterminato, atque ad effectum, ut maturius veritas ita dignoscivaleat.

In motivis veritas per me editis, duas efformabat inspectiones, unam considerando dictum Cardinalem Sabellum ex eius sola persona simpliciter, tanquam filium dictae Mariae Feliciae, & sic conjunctum pro sola cognationem, an scilicet ei conveniret dictarum Constitutionum verba superius registrata, & alteram, quatenus non, quid operaretur eum esse huius domus Peretiae, ut supra, universalem haereditatem, & successorem cum assumptione cognominis, dictae capellae patronum.

Quoad primum, dicebam Pontificem fundatorem in omnibus tribus Constitutionibus super huiusmodi protectoriis editis, duos adhibuisse terminos, familiae scilicet, & parentela, in illa vero capellae, in parte conditionali, explicando dictos terminos in dispositiva adhibitis, terminum sanguinis quoque adhibuisse iuxta superius registrata verba, ibi, licet nullo existente nostro sanguinis Cardinali, &c.

Quare singulos dictos terminos expendendo ad effectum inspicendi, an praefato Sabello conveniret, necne.

Quatenus pertinet ad primum terminum, seu vocabulum familiae, tam scribentes pro Cardinali Provinciali, quam dictus doctus Advocatus conjunxit, principaliter insiditabant in dispositione textus in l. familiae appellatione 196. ff. de verbor. signifi. ubi clare disponitur hoc vocabulum non convenire, nisi illis de agnatione, quibus tantum receptum habemus convenire fideicommissa, quae ad favorem familiae ordinatae sint, non autem cognatis, remanente solum quaestione, an veniant solum illi de familia efectiva, vel etiam illi de contentiva, five an solum de familia vera, vel etiam de familia allecta, seu aggregata, ac etiam an veniant feminae iuxta electae consil. Soccini apud Curt. conf. 40. Perer. de fideicommiss. art. 22. n. 26. Molina de primogenitura, lib. 3. c. 4. n. 10. Fufar. de substit. qu. 351. & conf. 169. & 170. Altograd. conf. 47. 66. 79. & 95. 1. 2. Rovit. conf. 177. & seq. lib. 1. Monac. dec. Florent. 71. & 72. ac habetur in l. i. materiae frequentur sub tit. de fideicommissis.

Et in terminis etiam iurepatronatus ordinati pro illis de familia, quod procedatur cum eadem regula fideicommissorum, ac non veniant nisi agnati eandem nuncupationem habentes, cum dicta sola quaestione inter effectivam, & contentivam, five inter naturalem, & artificialem habetur in Mediolanen. Jurispatronatus, dec. 71. cum pluribus seq. post Vivianum, & in Cremonen. Praepositor. dec. 39. post eundem, in Neinen. Jurispatronatus apud Monac. post dictam dec. Florent. 72. alias dec. 697. p. 1. rec. & 314. p. 4. & in sua materia sub tit. de iurepatronatus.

His tamen non obstantibus, contrarium dicebam in subiecta materia probabilius videri, quoniam quidquid sit de huius vocabuli significatione ex iure digestorum, quo etiam attentio, adhuc dubium est, an alios comprehendere possit ratione subiecta materiae, seu virtutis voluntatis, ad text. in l. pronunciatio 195. ff. familiae, ff. de iud. de verbor. signifi. ubi plures casus distinguuntur, Attamen haec difficultas hodie cessat per nos novissimum Iustinianum in l. final. Cod. de verbor. signifi. ubi literaliter habetur, sub nomine familiae venire omnes quomodocumque, etiam per cognationem artinentes, ex qua differentia ratione bene expensa per Alciac. in d. l. pronunciatio, verbo agnatorum, n. 50. quod scilicet per idem nos novissimum, cum quo in materia successoria vivimus, sublata est differentia agnationis, & cognationis.

Itaqueque regula est, istud familiae vocabulum, etiam de iure civili novissimo factum patere, quam illud agnationis, atque tam agnatis, quam cognatis convenire, ut post Bald. Castrense & alios in d. l. final. Cod. de verbor. signifi. firmant Alciac. ubi supra, Dec. in l. familiae, num. 65. de regular. iur. Mantica, de sag. lib. 8. tit. 12. num. 6. in princ. Tiraquell. de retrah. lib. 3. cap. 4. n. 2. glof. o. numer. 237. & leg. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 4. n. 2. glof. o. cum seq. Cophal. conf. 510. num. 6. Cylrac. contr. 365. n. 39. Tomdus. quest. 1501. lib. 3. n. 21. tom. 2. Ciarlin. contr. 222. num. 53. & seq. Altograd. jun. contr. 38. n. 11.

Rotae apud Seraph. dec. 1438. n. 5. & 6. & dec. 101. num. 13. part. 6. recent.

Ei quamvis in fideicommissis, vera, & recepta fidei propositio, quod scilicet, ubi ad favorem illorum de familia ordinatae sunt, censentur agnativa, & non veniant nisi agnati ejusdem cognominis, cum dicta sola quaestione inter familiam effectivam, & contentivam, five inter naturalem, & artificialem, Attamen id non provenit ex dispositione juris, ut non bene credebatur, sed ex particulari consuetudine, & usu loquenti Italiae, ut explicitè advertunt Molina, Petegr. Fufar. & ceteri allegati; Consuetudinis autem natura, seu qualitas est, ut attendatur in casu praefato, & individuo, non extendatur autem de casu casum, de loco ad locum, & de persona ad personam, Oldrad. conf. 227. Seraph. dec. 1159. num. 4. Greg. dec. 162. num. 4. Buratt. de cef. 129. num. 6. & 895. num. 4. plene in casu fortiori dec. 24. numer. 3. cum seq. post Jussum de legitimat. process. Et ideo cum non agatur de materia fideicommissaria, non intrat consuetudinaria limitatio, dum in contrarium est regula, quam sufficit allegare, ut fundata dicatur intentio ejus, qui illam habet pro se, donec probetur per allegantem limitatio in dubio non praesumenda, Mantica dec. 251. n. 4. Barbol. axiom. 198. Franc. dec. 197. num. 9. dec. 357. num. p. 19. recent.

Nihil obstante, quod idem in iurepatronatus procedere videatur; Tum quia revera non versatur in iurepatronatus, sed in terminis diversis, ut infra, Tum etiam quia in supra allegatis Mediolanen. & Cremonen. dec. 71. & seq. & 139. post Vivian. & similibus, non deciditur ista quaestio, sed altera, quae haberi solet inter illos de familia, seu sanguine, ac haereditate rei familiaris super qualitate iurepatronatus, an scilicet esset haereditarium, vel gentilium, Vel positio, quod fit gentilium, seu familiare, an veniant solum descendentes, vel etiam transversales, seu an sufficiat probare identitatem cognominis, & insignium, vel an probanda sit descendencia a communi stirpe, &c.

Non descenditur autem ad hos terminos, an scilicet veniant cognati, & descendentes per feminas, quo casu, cum agatur de materia Ecclesiastica, regula potius est (non confitio de contraria voluntate fundatoris) venire omnes conjunctos, & de sanguine iuxta sensum juris canonici magis, quam juris civilis, ut apud Duran. dec. 115. num. 2. Buratt. & Adden. dec. 753. num. 11. & 18. dec. 571. num. 3. par. 4. rec. Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 11. num. 71. cum seq. Et sic quoad vocabulum familiae, etiam solum est, & de per se consideratur, non bene ex eo inferri videtur ad restrictionem ad solos agnatos.

Quo vero ad alterum vocabulum parentela, neque iure civili, neque apud linguam latinam antiquos professores illud cognitum habentur, in ea significatione, cum qua hodie vulgo usurpatur, cum solum parentum nomen conveniat ascendentibus; Originarie vero legitur in Canone parentela 35. quest. 5. qui est Zachariae Pontificis de anno 749. quando in Italia, aliisque partibus Occidentalis certum est, quod nulla juris civilis notitia habebatur, cum illum solum habebamus ab annis 500. circiter iuxta legalem historiam, de qua incidenter in Montis pelusii praedictis, & in Comacinen. seu Clomacen. Vallium, sub tit. de feudis, disc. 2. & 36. fortiter verò, ac latius in Neapolitana, sub tit. de servitutibus, disc. 1.

Iuxta vero sensum, cum quo hodie videtur verbum usurpari, absque dubio latius patet, quam istud, seu vocabulum familiae, nam complexivum est omnium quomodocumque conjunctorum tam per agnationem, quam per cognationem, Soccin. conf. 37. num. 8. & 9. lib. 3. Tiraquell. de retrah. lib. 3. cap. 4. n. 1. & 2. Perer. de fideic. art. 22. n. 31. Fufar. quest. 365. num. 3. Barbol. de appellat. verbor. cap. 184. n. 2. Rota coram Buratt. dec. 755. num. 10. & 11. ubi Adden. n. 19. coram Durano dec. 115. num. 3. dec. 513. part. 4. divers. 255. num. 6. par. 8. recent. Civitatis plebis Capellania 23. Januarii 1660. Verolp. 15. Junii, & 5. Decembris 1661. Cerro, & admittitur in eadem 4. Decembris 1662. & 23. Februarii 1663. Ninot, & 4. Julii 1668. Carpineo, & patet ex Constitutione Sancimus, de iure protomii.

Est bene verum, quod neque dici potest verbum omnino univocum, & perneceffe significans omnes conjunctos, 15 quoniam ex conjecturata, seu aliis probata disponentis voluntate, cui omnia verba semper cedunt, restringi potest ad solos agnatos ex deductis per Tiraquell. d. 8. 1. glof. 8. n. 2. Fufar. dict. quest. 365. num. 4. & in proximis terminis iurepatronatus passivi, Rota in proximè allegatis decisionibus Civitatis plebis coram Verolpio, Ninot, & Carpineo, de qua

qua causa Civitatis plebis habetur adum in dicta sua materia sub tit. de iurepar.

Satis autem refert regularem significationem vocabuli clarior, seu minus dubie affistere quomodocumque conjunctis eorum comprehensionem allegantibus, ut ita magis tunc eorum intentio fundata sit, atque major probatio, seu urgentior admittenda, & conjecturae contrariae voluntatis desiderentur, cum omnimoda, seu magna preponderantia, juxta regulam, de qua in proposito conjecturalium frequenter in materia fideicommissaria, ut scilicet ubi conjecturae deducuntur contra regulam, & ad effectum limitationis, longe majores, ac urgentiores desiderentur.

Demum quoad aliud verbum, seu vocabulum Sanguinis, seu de sanguine, illud pariter non de facili reperitur ita explicatum in corpore juris civilis, ubi solum reperitur vocabulum equivoletens Consanguinitas; Hinc propterea obfervabam tres elocutiones spectandas esse; Una siquidem est illa juris civilis, antiqui, medi, & novi, juxta quam dictum Consanguinitas, seu Consanguinitatis vocabulum solis agnatis convenit ex iuribus collectis per Fulat. qu. 264. n. 1.

Alteri est juris civilis novissimi Justiniani, per quod sublata fuit differentia agnationis, & cognationis, atque solam sanguinis, seu gradus proximitatem attendi disponitur, non curato latere, seu medio, & tunc videtur, quod sit vocabulum generale omnibus conjunctis conveniens, ut plene firmatur in *Forolovien. employeisti* 30. *Januarii 1665. & 23. Martii 1667. coram Bourlemont*, de qua causa in sua materia sub tit. de employeisti disc. 2, ubi constituta regula juxta opinionem, quam sequitur Rota, in puncto juris pro meo iudicio etiam veriorum, ut in fudo, vel employeisti ex pacto, & providentia, seu petendi renovationem dicatur sanguinis, ac proximioribus de sanguine tantum conveniens, dicitur, quod ob sublata dictam differentiam agnationis, & cognationis, non curatur medium.

Tertia vero elocutio est illa Sacrorum Canonum, ac Apostolicarum Constitutionum, necnon Sacrae Scripturae utriusque testamenti, & hac attenda, indubiatum est sub nomine Consanguineorum, omnes venire, quomodocumque per sanguinem conjunctos, sub hoc vocabulo solum distinctio ad conjunctis per affinitatem, ac habemus de Christo Domino, qui dicitur de sanguine Abraham, & David, aliorumque antiquorum Patriarcharum, & tamen verificabile non est nisi per cognationem, & ex latere materno minime in Sacra Scriptura ista distinctiones ex jure civili manantes agnationis, & cognationis habentur, quoniam unum vocabulum pro alio usurpari solet, ut advertunt Tiraquell ubi supra, & omnes.

Licet vero in fideicommissis, magis communitur vocabulum Consanguineorum pro agnatis usurpari soleat ex cumulat per Fulat. quesi. 331. & quesi. 364. Attamen id pariter provenire videtur ex eodem usu Italiae in ea subiecta materia, juxta id, quod supra habetur de vocabulo Familia, itant totum provenire dicatur, vel ex moribus, & usu loquendi regionis, vel ex subiecta materia, ut apud eundem Finar. ubi supra, Ideoque in materia iurepatronatus, vel alia Ecclesiastica, attendendam esse dictam tertiam elocutionem Ecclesiasticam, in specie hujus vocabuli sanguinis, vel consanguinitatis, advertitur per Lozer. l. 2. quesi. 11. nu. 2. Buratt. & adden. decisi. 755. num. 11. & 18. decisi. 571. par. 4. recent. num. 3. & apud Duran. in alleg. decisi. 115. in quibus etiam de vocabulis Cippo, seu tronco, que apud nos Italos in materia fideicommissaria diversam significationem habent, ac agnationis solum conveniunt, ex usu tamen, non ex vocabuli proprietate, ut frequenter in dicta materia fideicommissaria habetur actum.

Igitur persistendo in solo cortice, seu fonitu verborum, etiam juxta significationem juris civilis, generaliter, & indefinite dicta vocabula, Familia, parentela, & sanguinis conveniunt, tam agnatis, quam cognatis; Multo magis ac indubitanter attendo jure canonico, seu elocutione Ecclesiastica, quam omnino attendere debemus, Tum ratione subiectae materiae, cum agatur de concessione jurisdictionis spiritualis, & quasi Episcopalis, ac praeminentiarum Ecclesiasticarum, itaut sit materia magis sapientis de spiritualitate quam sit iurepatronatus laicale, Tum etiam attenda persona disponentis, ac modo disponenti, cum non agatur de viro privato disponente per privam dispositionem de bonis laicalibus indifferenter, sed de Summo Pontifice disponente per viam Apostolicam Constitutionis de materia Ecclesiastica & spirituali, spectata etiam ejusdem Pontificis personali qualitate, quoniam in minoribus fuerat religiosus Ordinis Minorum Conventualium, atque non erat legista callens

hos terminos juris civilis, seu legistarum phrasas, & elocutiones in foro, sed erat magnus Theologus, optimè callens elocutionem Sacrae Scripturae utriusque testamenti, ac Sacrorum Patrum, sive loquens juxta phrasim confiteram Summorum Pontificum in Sacris Canonibus, ac Apostolicis Decretis, & Constitutionibus, qua phrasas, seu loquendi formula, sine dubio introduci cepit, primum sequeretur inventio legum civilium, earumque usus, & explicatio, Unde propterea legulemicam simplicitatem dicebam istam, regulandi hujusmodi Pontificiam dispositionem editam per viam Constitutionis Apostolicae in materia spirituali, & Ecclesiastica, cum illis regulis, quia habemus apud patros legitis de omnino prophanam materia fideicommissaria, vel statutariae intulatae successione loquentes cum similibus.

Et fortius quia ultra haec generalia, non desunt specialia eandem voluntatem Pontificis comprobantia, Tum ex eo quod non contentus verbo, seu vocabulo, familia, de quo dubitari potest, an importet restrictionem ad solos agnatos, ampliative adijcere voluit aliud vocabulum parentela, quod abique dubio latius patet, Tum etiam quia adijcit aliud vocabulum sanguinis, non dispositive, & in eadem parte, sed conditionaliter, & in alia parte separata, ita explicando quid sub dictis vocabulis familia, & parentela significare voluerit, omnes felicitate de ejus sanguine.

Ac etiam quia in altera dispositione super iurepatronatus activo, expresse declaravit non abhorreere cognatos, ac descendentes per feminas, dum istos quoque post defectam lineam masculinam vocavit; Idem quoque fuadente subsidiaria vocatione comparatiore ex patria remota provincia, cum notorius videatur communis usus, ac naturalis impulsus, quod prius diligimus, & vocamus nostrum sanguinem, nostrisque conjunctos, deinde vero concives, seu patriotas.

Dicebatur in contrarium, quod aliis ita resuleret absurdum, ut proximioribus cognatis, & de alienis familiis vincent remotiores agnatos, & de familia; Sed non videbatur motivum considerabile, quam detinendo voluntatem disponentis, tam à praefato ordine tendi in iurepatronatus capella, quam à motibus regionis, rectè intrare videatur ordo praerelationis consideratus apud dict. quesi. 331. numer. 3. & 364. num. 4. eo modo quo habemus in feminis, quae juxta magis communem, & receptam opinionem veniunt etiam in fideicommissis agnatis, sed ordine praeposito, & subsidiarie post masculinos, ut decisi. 133. par. 9. recent. & sapient, unde ita cessat absurdum, & cuius argumentum leve in jure reputatur ex deductis dec. 52. & 66. post Bonden. & in aliis, ac frequenter in dicta materia fideicommissaria, & sic quod cognati veniant quidem subsidiarie, & ordine praeposito in concursu agnatorum, non autem quod essent omnino exclusi.

Supponebatur etiam per motivantem in contrarium, quod verbum parentela postum esse qualificativè, ac respectivè magis, quam ampliativè ad verbum familia, quasi quod non omnes de illa admittendi essent, sed solum qui parentela quoque qualitate haberent. Sed revera illud videbatur omnino leve fundamentum, Tum quia ipsi Papa notissimum erat familiam naturalem de Peretis in eo finem accipere, aliumque non superesse, nisi eam artificialem, quam ipsemet in dictis pronepositis ex forore renovaverat, Tum etiam quia parentela inspecto jure canonico, in materia matrimoniali non excedit quartum gradum canonici, sive octavum civilem, & inspecto jure civili in materia successoria non excedit quartum canonieum, seu decimum civilem, quae restrictio ad evidentiam adverterat verisimili voluntati fundatoris, qui inspecta qualitate operis, ac ordine tendi in iurepatronatus activo, abique dubio respexit ad perpetuandum, vel saltem longissimam durationem plurimum seculorum, cum tamen ita res ad breve tempus firmaberet, dum ipse Alexander Primus Protector jam ab ipso Pontifice quarto gradu civili distabat.

Refragantibus etiam juris regulis, quoniam questio, an alia superaddita qualitas sit ampliativè, vel qualificativè, procedit in materia differenti de sui regulari natura non convenienti nisi habentibus certam qualitatem puta in feudis, & similibus, juxta questionem disputatam in *Sarsinaren. feudi coram Cocino apud Capyc. Latr. consult. 75. & coram Dunozeo post Contrium, dec. 18. & 19. & inter suas decisi. 784. & 760. & coram Otobono inter suas decisi. 265. in quibus posterioribus coram Dunozeo, & Otobono, recedendo à praecedenter firmatis coram Cocino late firmatur etiam in hac materia, ubi inter unum, & alterum vocabulum*

lum accedit copula, stare potius ampliativè, quam qualificativè; Indubitanter vero ubi eadem copula accedit, id stat ampliativè in materia indifferenti exemplificando in legato factio militibus, & Doctoribus, quod debeatur unam tantum qualitate habentibus juxta theoriam Bartol. in l. questum, si qui sunt dom. ff. de fundo instrum. & nu. 6. cum concordantibus apud Merl. dec. 685. num. 14. alias decisi. 59. par. 7. recent.

Magnum demum fundamentum per eundem motivantem, alioque scribentes pro Provinciali constituatur in dicta resolutione Congregationis deputatae per Alexandrum VII. contra Cardinalem Ursinum, potissime quia post dictum congressum, sub nomine provinciae obtentum fuerat cum Apostolica confirmatione eam roborari, sed pariter non videbatur motivum considerabile, quia exemplis non est iudicandum, potissime quia ex praemissis probari videtur de dicta resolutione posse late dubitari.

Confirmatio vero Apostolica, juxta regularem confirmationis naturam, nihil tribuit de novo; sed tantum aliud majus robori tribuit ipsi actui confirmato, quem non egredietur, maxime quia in eadem confirmatione dicitur, eam solum concedi, ne tractu temporis utopè abique processu, & in forma extrajudiciali oblitescat, seu pereat: Et sic persistendo etiam in solis terminis primae inspectionis, atque considerando dictum Cardinalem Sabellum tanquam simplicem cognatum, & de aliena familia, mihi pro proprio iudicio videbatur iustitiam illi omnino affligere.

Difficultatem solum inferre videbatur ea consideratio, quod in Constitutionibus vivente eodem Pontifice editis Alexander VIII. & ab eodem Pontifice in forma specifica confirmatis, agendo de Peretis, dicitur cum esse debere Cardinalem de nostra familia de Peretis, & si non est illud adjectum, per quod dictum familiæ vocabulum restringi videtur ad agnationem, ac eos qui eandem nuncupationem haberent, ut ita displicisset Pium VI. in erectione Collegii Papiensis pro illis de eius familia de Ghisleris habetur in *Papian. iurispatronatus coram Lancelotti, impress. apud Vroiana lib. 4. cap. 9. num. 55. & Antonin. resol. 828. & advertitur in Funen. Capellania, sub tit. de iurepatronatus Atque ex ista consideratione potissimum movebar ad decernendam hanc Protectionem Cardinali Provinciali, non tamen exinde videbatur inferendum ad alias, in quibus dicta declaratio non adest, potissime quia ea non est ipsius Pontificis, cujus voluntas spectanda est, Quinimo cum esset Pii V. creatura, ac intimus, verisimiliter informatus de forma erectionis dicti Collegii Papien. argumentum potius resularet videbatur diversa voluntas, quod neglexit illud adjectum, quod dicitur alter Pontifex dicto verbo, familia, adhibuit, quinimo adiecit per copulam, & ampliativè alia magis ampliativa, parentela, & sanguinis, ut supra, ideoque intrabat potius argumentum discretivè, &c.*

Verum ubi retentis terminis hujus primae inspectionis, aliqua superesse possit difficultas, illam omnino cessare dicebam (aggreddendo secundam inspectionem) ex peculiari qualitate concurrente in isto Cardinali, quae desiebat dicto Cardinali Ursino, nedum quia erat de linea directa, & descendiva dicti Principis Michaelis, qui per Pontificem de hujus domus, & familiae stirpes constitutus fuerat, cum Ursinus esset de transveriali, sed etiam quia exipiente in dicto ultimo Cardinali de Montalto familia Peretta per Pontificem innovata, iste illam assumpserat, unde propterea rectè dicebatur etiam de familia, quoniam de Jure, artificialiter de aliqua familia effecti, & in eam cooptati, habentur ac si de illa essent per naturam, & veritatem, ex collectis per Gratian. disc. 930. nu. 4. & 14. & tanquam absolutum supponitur apud Rovit. decisi. 27. & seq. lib. 1. Buccac. conf. 39. Monach. dec. Florent. 71. & 72. Rota in *Piemina iurispatronatus post eundem Monach. ubi supra repetit. disc. 697. par. 1. & 214. p. 4. 180. in quibus omnibus agitur de concursu familiae Piccolominen. artificialium cum familia vera, & naturali; super hujusmodi facta, seu artificiali assumptione, seu renovatione familiae, praesertim in *Neapolitana fideicommissi de Lanteris, in Bonon. fideicommissi de Barberis, & in aliis, cum scilicet, seu ars consistere videatur in illo primo momento ingressi, seu assumptionis, qua sequuta, idealis potius videtur differentia.**

Super hoc motivum, tam collega, quam scribentes pro Cardinali Provinciali satis acriter insistent in distinctione Bart. in l. si cognatis, nu. 1. circa finem, ff. de reb. dub. quam magis communi DD. calculo receptam, ac veram esse, ca-

teris collectis, tam occasione successione in fideicommissis, quam in feudis, & similibus iuribus probant Tiraquell. in l. si unquam, verbo susceperit liberor, num. 23. Manic. de concessur. lib. 11. cin. 8. num. 3. cum seq. Peregr. de fideicom. art. 22. nu. 91. cum seq. Fulat. qu. 316. per tot. Salern. conf. 2. nu. 10. Gratian. disc. 930. nu. 4. 23. & 34. omnium laicis, & accuratus Thel. jun. lib. 1. qu. 100. nu. 9. & per tot. Roenthal de feud. cap. 7. concl. 30. nu. 33. & seq. Ursin. de success. feud. p. 1. qu. 1. art. 2.

Quod scilicet aut agitur de bonis, & iuribus ipsius alligentis, seu cooptantis, ac in praedictum habentium causam ab eo, & rectè id procedat, aut in praedictum substitutionum, seu aliorum venientium independenter ab ipso cooptante, & tunc licet, vel dispositione testatoris, seu fundatoris, & tunc licet, nisi cooptatio de ejusdem testatoris, seu fundatoris voluntate fiat, quia in potestate gravati repositum esse non debet sub hoc praetextu excludere substitutos ad text. clarum in l. fideicommissum 75. ff. de condit. & demonstr.

Ad quod conferunt quae habentur de civitate alicui forensi data per Civitatem subditam, quod ea quidem suffragari potest quoad dependentia ab ipsa Civitate, & in eis, in quibus ipsa disponere potest, secus autem in praedictum tertii sui jus ab ea independenter, metiens juxta distinctionem Bart. in l. si maritus 15. s. legi Julia in fin. ff. ad leg. Jul. de adulter. Salicet in l. Civit. num. 4. *Com. de appell. Roman. conf. 62. num. 9. Roland. conf. 79. num. 16. lib. 3. Berous. conf. 103. num. 6. & l. 1. Menoch. lib. 1. praesumpt. 30. nu. 12. & conf. 106. nu. 11. late Salern. conf. 2. per tot. bene Sessa dec. 90. nu. 3. & 4.*

Ex ea ratione, quod formalis adoptio tertio prejudicialis fieri non potest nisi cum auctoritate Principis, qui solus tollere potest jus tertii, ac facere verum id, quod est factum, ut ultra allegatos, in his terminis aggregationis ad familiam adducebantur Hopinc. de jure inscriptum, cap. 14. nu. 70. & 71. Kimpfchall. de fideicommissar. nobilibus, cap. 14. nu. 29. & 30. & cap. 8. nu. 410. & seq.

Et proxime ad rem Buratt. decisi. 737. num. 2. ubi quod vocata familia, intelligitur de ea, quae testatoris cognita erat, non quae postmodum allecta est, quae generaliter habentur, decisi. 166. num. 19. par. 6. recent. ac magis proximè conferunt quae habentur post Roch. apud Lambertin. de iurepatron. lib. 1. par. 2. quesi. 2. art. 9. fol. 312. in meis, ubi tractando in specie de quaestione, an aggregati ad familiam participant de iurepatronatus familiaris, distinguuntur, an adit tertii differentiam praedictam necne, unde propterea inferrebat, quod cum Cardinalis Provincialis per Pontificem fundatorem sit substitutus illis de familia, non potuit dictus ultimus Cardinalis de familia hujusmodi allectionem facere.

Plures in hoc ponderabam responsiones, Primam, quod text. in d. l. fideicommissum, ff. de condit. & demonstr. considerate videtur in faciente hujusmodi electionem quandam fraudem, & praedordinationem in substituti praedictum, & probare videtur illa verba, quod vocatus non debet adoptionis commentu excludi, ponderando illud verbum commentu, quod in praesenti dici non poterat, dum hujusmodi alleccio abique dubio sincerissime, & abique aliqua fraude facta erat, & ex solo rationali motivo renovandi peccantem familiam, & ut in ea conservarentur alia qualifica bona tam jurisdictionalia, quam non jurisdictionalia, quae titulo universalis substitutionis hujus cognato relicta fuerunt, potissime quia haec non erat Cardinalis, qui omnino nec certitudiniter testatoris cognatus, dum instituit in genere proximiorum conjunctum natu majorem, unde incertum erat, quinam de tempore mortis ipsius testatoris extirpatus esset.

Ista responsio, reflectendo ad veritates, quatenus ageretur de formali substitutione, videbatur inhiabitens, quoniam in proposito praeservandi tertii praedictum ab actibus, qui per legem fraudulenter reputantur, non desideratur fraus concilii, sed attenditur fraus praedicti, & scripta, spectato solum effectu exinde resultante, ex his, quae late habentur in proposito subinfundationis factae per feudatarium successore carentem in *Senogall. Castrorum, sub tit. de feud. disc. 1.*

Alteri tamen videbatur solida, & melior responsio, quod scilicet non ageretur de formali substitutione in successore fideicommissi, majoratus, feudis, ac etiam jure iurepatronatus, & similibus, quae de uno personarum genere in alterum jure successorio transiunt faciant, in quibus terminis omnia praemissa procedunt, sed agitur de jurisdictione, & praes-

præminentis concessis Cardinalibus pro tempore certam qualitatem habentibus, cum sola prelatione inter eos, ob unam, vel alteram qualitatem, absque perpetuo præjudicio, cum sitent simul, hodie admitti Cardinalium provincialium ob non existentiam Cardinalis de sanguine, & oras utum, & sic successione, unde spectatur sola qualitas, quam sufficit esse legitime, ac tempore non suspecto impressam.

31 Unde cum iste Cardinalis cognatus, antequam ad Cardinalitiam dignitatem promoveretur, occasione universalis successione effectus esset de familia; per ejus artificialem assumptionem a testatorum optima, sinceræque fide, ac juxta communem, & receptum usum demandatam, ita constitutus erat in ea qualitate jam impressa de tempore superius dignitatis, quæ causa est jurisdictionis, & præminentie. Adhibendo eodem terminis, ut supra in oppositum deductos de Civitate aliquem forentem alliciente in civem, quoniam si id principalem agat, officii vacatione sequuta, vel imminente, aut alias merè voluntarie, & absque justa causa, ut forentes ita admittantur ad officia solis civibus ejusdem, vel contiguae Civitatis debita, tunc rectè dicendum est id fieri non posse; Sed si videns se habitatoribus destitutum, ne omnimodiam desertionem patiatur, rationabiliter, & sincere, & quasi ex necessitate, forentes alliciat ad inibi habitandum, eos in tempore non suspecto, generaliter, & indefinite civitate decorando, tunc si post hujusmodi civilitatem jam contractam contingat agere officii, & prerogativis debitis potius civibus illius Civitatis, quam aliis Civitatis adjacentis subsidarie solum vocatis, non videtur dubitandum, hujusmodi qualitatem sufficere, & hic videbatur casus.

32 Item dicta conclusio de non adoptando, seu alliciendo aliquem in familiam in præjudicium substituti procedit, quatenus non accedat ipsius testatoris, seu fundatoris voluntas, quam juxta generalem regulam omnium voluntatum tam defunctorum, quam viventium sufficit etiam conjecturaliter, & adminiculative probari. Quæ verisimilis voluntas Pontificis fundatoris mihi videbatur incontrovertibilis, quoniam constat de voluntate, & consuetudine eisdem renovandi, & conservandi propriam familiam etiam artificialiter, dudum id egit cum cognatis per duplex medium terminum ab ejus agnatione omnino extraneis, & remouis, unde multo magis cum cognato immediate procreato ex femina agnata verisimiliter magis dilecto, juxta decisiones 95. & 218. par. 11. recent. 52. 57. & 66. post Bondem. & sequentior habetur in sua materia sub tit. de fideicommissis; Et quod magis, si Pontifex id egit initio Pontificatus, quando ob ejus celerem mortem, quæ contingere potuisset, ratione paupertatis, magis expediens ac decorum esset factum in mundi vana opinione Pontificiam familiam extinguere, quam renovari, fortius omnino dicendum est id verisimiliter, ac rectè desiderasse, postquam adeo conspicienda domus constituta erat, ideoque prorsus adversum voluntati Pontificis videretur, ut postquam ita denuo renovata est ejus familia, quæ plurimum Cardinalium facunda mater esse posset, illis perpetuo exclusis, ad hujusmodi præminentiam admitti debeant Provinciales, vel primi Presbyteri prorsus extranei, potissime ubi Cardinalis de sanguine est etiam capelle patronus, ut in præfenti.

34 Considerabam etiam pro observantia dictum casum Cardinalis Baronii artificialiter effecti de Peretti, qui fuit in hujusmodi protectoris successore immediatus dicti primi Protectoris, Verum hic est actus æquivoocus, ideoque nullius momenti, cum idem esset quoque antiquior Provincialis; Hæc autem omnia discurrebam in simplici forma discursiva, & motivando ad erigendam veritatem, super qua tamen maturum, ac certum judicium efformari non potuit, dum causa ulteriori progressum non habuit coram nobis, sed de communi consensu commissa fuit in Rotam, ubi pendet & melius examinabitur veritas, pro cuius tantum studio, ac defensione, & pro sola doctrina, ad propriam instructionem, & memoriam omnes hujusmodi discursus, seu adnotationes editæ sunt, absque eo quod juri alterius in minimo minuat, vel auferatur, ideoque nec amorem, nec odium privatum merentur.

S U M M A R I U M

- 1. De disc. 13. circa protectiones operum creatorum à Sixto.
2. De materia allectionis in familiam, vel adoptionis.

Post jam editum istum discursum assumpta fuit disputatio in Rota coram Albergato, & atque proposita causa prodiit resolutio in omnibus meo voto conformis, meamque sequendo episcopus, adjudicando scilicet Cardinali Sabello cooptato in familiam Peretiam, occasione universalis successione protectiones Capelle Sixtine in Ecclesia Sanctæ Mariæ Majoris, & Collegii de Monte alto nuncupati Bononiæ; Et Cardinali Azzolino, tanquam provinciali, seu nationali protectionem Collegii S. Bonaventuræ Conventualium in Urbe, dictaque resolutioni me quoque consulente, & cooperante præfati Cardinales commendabiliter acquieverunt, ideoque ulteriorem progressum causa non habuit.

Agitur etiam in hoc discursu de materia allectionis in familiam, sive adoptionis. Ac etiam quoniam sub nomine familie, vel parentelæ veniant, & super his videnda erunt quæ habentur sub tit. de fideic. disc. 50. cum duobus seq. ac etiam super successione adoptivorum sub tit. de success. ab intestato in hoc Supplem. disc. 53. & sub titulo de jurep. disc. 24. cum plurib. seq.

TIRASONEN. PONTIFICIUM PRO DECANO ECCLESIE COLLEGIATÆ CALATAJUBII CUM EPISCOPO.

Casus variè decisis per Rotam.

De Indulto Apostolico concessio inferiori Prælato super usu Pontificium, & An & quando amittatur, per non usum, & cui incumbat onus probandi usum affirmativum, vel respectivè negativum; Et quomodo hujusmodi Indulta intelligenda, & practicanda sint.

S U M M A R I U M

- 1. Falli series.
2. Distinguantur puncti controversæ.
3. Concil. Trident. prohibens usum Pontificium in aliena diocesi, & de quos loquitur.
4. Indulta super honorifico usu Pontificium adhuc vigent.
5. De justificatione narratorum in literis, & privilegiis Apostolicis, ut executioni demandentur.
6. Observantia longissimi temporis sufficit pro justificatione.
7. Distinctio quid significet, & dignitati loci dominantis congrua sunt præminentia in locis subditis.
8. An, & quando non usus obstat.
9. Quomodo hæc Indulta circa usum Pontificium practicanda sint.

D I S C. XIV.

Petro ejus familiari duplicem possidenti Decanatum Collegiarum de Calatajubio, & de Tedula, pro fe jusque in utraque dignitate respectivè successoribus. Julius Secundus de anno 1507. Indultum concessit super usu Pontificium, & ac facultate lolemitter populum benedicendi more Episcoporum; Adversus quod indultum introducta per Episcopum Tirasonen. causa in Rota de anno 1513. Leo X. dicti Pontificis immediatus successor, ut hujusmodi litem tolleret, de anno 1514. Indultum prædictum in parte reformavit, ut scilicet non suffragaretur quoad litteram gemmatam cum lamine aureis, vel argentis, sicut illud continebat, sed juxta usum concessum aliis inferioribus Prælati, ac juxta juris communis dispositionem; Paribus autem hujusmodi moderationis non acquiescentibus, intro compromisso, prodiit laudum de anno 1525. demandans observantiam litterarum Leonis; Post plurimum verò annorum decursum inter dictum Episcopum, & in utroque Decanatu successoribus novæ lites desuper suscitata fuerunt in eodem Rote tribunal; Primo nempe cum Decano Collegiatae de Tedula, qui sententiam favorabilem reportavit, prævis pluribus decisionibus in causa editis, deinde vero cum dicto altero Decano de Calatajubio, contra quem coram Veropio sub die 13. Junii 1661. in contumaciam Episcopum solum informant, prodiit resolutio, quod prodiit tum suffragetur, ad cuius decisionis normam prodiit etiam sententia, à qua interposita post notitiam appellatione coram Emerix, sub die 12. Junii 1662. responsum fuit de prædicta sententia reformatione, ut scilicet indultum suffragetur, ad limites tamen moderationis Leonis, & in hoc stant, quod sciam, causa reperitur.

In hac igitur ultima disputatione, tres fuerunt puncti, quorum duo continebantur in prima decisione edita coram Veropio, alter vero per scribentes in contrarium suscitatus fuit. Primo scilicet, an hujusmodi indulta sublata essent per Sac. Conc. Trident. sess. 6. de reform. cap. 5. ubi referuntur usus Pontificium solum fuisse concessum quocumque privilegio in contrarium non obstante; Secundo flante quod dictum indultum solum conceptum est cum clausula, ut asserit, an illud de præfenti justificationem esset in omnibus narratis, ut executionem & effectum sortiatur. Et tertio, an idem indultum dici possit subreptitium, vel obreptitium, vel præsuppositum falsam implere jurisdictionem quasi Episcopalem, seu ordinariam in facto non subsistentem.

In omnibus autem, reflectendo etiam ad veritatem, non obstante dicta prima decisione coram Veropio, probabilior videbatur altera coram Emerix, singulos enim dictos punctos examinando; Quatenus pertinet ad primum revocationis resultantis à Sac. Conc. Trident. processum fuit cum aliquo æquivooco; dictum enim conciliare decreverunt non percutit hujusmodi usum pontificium simpliciter honorificum, qui inferioribus Prælati, vel aliis in ecclesiastica dignitate constitutis per Sedem Apostolicam concessi foret, sed percutit illud exercitium pontificium, quod annexum habet jurisdictionem, ac usum legis diocesanæ, ut sunt collatio ordinum, administratio Sacramenti confirmationis, consecratio Ecclesiarum & Altarium cum similibus, quæ in aliena diocesi etiam per Episcopos alias indubitanter habituales pontificium usum habentes exerceri non possunt, atque in vim privilegiorum exerceri solebant etiam sine licentia propriæ Diocesis, Super hoc autem providit Concilium, non autem super hujusmodi merè honorificis privilegiis, quæ servanda esse disponitur in cap. ut Apostolica, de privi. in sexto, ubi Joannes Andr. Francus & ceteri communitur, & ex modernis, ceteris allegatis. Tambur. de Jur. Abbat. tom. 1. disp. 21. qu. 1. in principio. Atque de facto docet communis usus tot Abbatum, illorumque Prælatorum Regularium, necnon secularium, nedum aliquam jurisdictionem habentium, sed etiam simplicem dignitatem in Cathedralibus, vel Collegiatis, & sic revera illud movum nullum habebat fundamentum, ut idem per Episcopum scribentes in hac ultima disputatione agnoscebant.

Major fuit disceptatio circa secundum punctum necessitatis justificationis omnia narrata in literis, quæ generaliter justificanda esse, ut gratia suffragetur juxta conf. Zabarell. 69. dec. 7. Gallud. de jurep. narratur, & dec. 4. de probat. habetur quotidianam in materia beneficiorum, aliarumque litterarum Apostolicarum executioni demandandarum; Verum in præfenti cessare videbatur difficultas, flante lapsu longissimi temporis cum subsequuta observantia, cum receptum sit ad hujusmodi effectum sufficere tempus triennale, Greg. & Adde. dec. 431. n. 10. & 14. & passim.

Multo magis accedentibus dictis literis moderatoriis Leonis, ac subséquente laudo eandem moderationem demandante; Ex hujusmodi enim actibus, clarum resultat argumentum, quod relictis narrata, vel essent justificata, vel ita certa essent, quod habita essent pro notoriis, nam alius hoc effectum tunc, absque necessitate immerandi super moderatione, facile fuisset ejusdem Indulti effectum impedire.

Quæro ad tertium punctum subreptionis, quod narratum, vel præsuppositam jurisdictionem, difficultas cessabat ex facto, dum in literis Apostolicis id non legitur, Et quamvis per scribentes in contrarium prætenderetur id implicitè conteri, flante quod usus conceditur, nedum in ipso Oppido Calatajubii, sed etiam in toto ejus districtu, ex quo verbo distributus inferrebat ad præsuppositam jurisdictionem, quasi quod idem sit districtus, ac territorium, seu jus territoriale, ex deductis per Fenzon. ad Stat. Urb. 197. n. 65. cum seq. Lotter. de benef. lib. 2. n. 35. num. 19. & seq. ac habetur frequenter sub tit. de jurisdictione, & hoc eod. tit. in Urbinate, disc. 1. Attamen hoc erat satis leve obiectum, Tum quia in eodem indulto dicitur dictum usum haberi non posse præfente Ordinario, nisi de illius licentia, & sic præsuppositum alium adesse loci Ordinarium, penes quem resideret jurisdictionis administrative, & diocesanæ directivæ ad ipsum Decanum; Tum etiam quia istud vocabulum districtus, ut constat apud allegatos, verificari potest in territorio & finibus temporalibus, unde propterea non incongruum esset primam dignitatem Oppidi dominantis hujusmodi præminentiam habere etiam in omnibus aliis locis inferioribus, & dicto Oppido subiectis in temporalibus.

Et ulterius, juxta ea quæ habentur in Tirasonen. jurisdictionis sub tit. de jurisdictione, disc. 22. tunc temporis quando adhuc nulla in contrarium decisio Rotalis prodierat, constans habebatur opinio, illum Archidiaconatum constitutur corpus separatum à diocesi Tirasonen. & quandam diocesis Nullius, hancem de per se æquè principaliter unitam cum dicta diocesi Tirasonen. Non inde tamen inferitur, ad præsuppositum jurisdictionis penes ipsum Decanum, potissime quia id deducebant tanquam obiectum pro annullanda gratia, ad quem effectum, cum agatur de inducendo delecto productivo penè, requiruntur probationes claræ, non autem admittuntur hujusmodi remota argumenta, & illationes.

Antequam verò, ad hanc ultimam disputationem deveniret, ob adhuc non habitas eas justificationes, per quas perventum, omnis difficultas ex facto sublata videbatur circa non usum; In congressu habito pro cause directione, dubitatum fuit, an iste non usus obstat juxta regulam text. in l. ff. de mundanis, Glof. Bart. & ceteri, de quibus apud Seraphin. dec. 1043. n. 3. & Ottob. dec. 175. nu. 9. Et quavis militare videretur responso, quod cum ageretur de materia facticativa, dicta regula non intrat, potissime verò in præjudicium successorum independentem. & jure suo venientium, quibus prædecessorum negligentia præjudicare non debet; ex collectis in proposito non usum apud Royas decif. 327. & 356. & decif. 337. par. 10. rec. Adhuc tamen, admittitur veritate responsonis, mihi remanebat difficultas circa applicationem, quoniam cum, tam Literæ Leonis, quam sublequeus laudum declararet, successores Decanos non posse pontificibus, nisi quatenus de jure, vel privilegio competat, ita subséquens non usus, quatenus verus esset, capiendus veniret, non in ratione prescriptiva, sed destructiva privilegii, sed in ratione interpretativa, quod scilicet ita successores agnovissent, ac declaraverint dictum indultum remansisse personale, sed difficultas cessavit ex facto.

Rationabiliter autem dictum indultum ita moderatum fuit, quoniam ut disponitur in eod. cap. ut Apostolica, de privi. in sexto, hujusmodi indulta ita discrete, ac modeste practici debent, ut in aliquo hujusmodi inferioribus ab Episcopo seu diocetano discernantur, ut mensurate per Archiepiscopum Neapolis demandatum fuit per Sac. Congregationem Rituum in una Neapolitana Pontificium contra Rectorem Ecclesiæ Hospitalis incurabili hujusmodi indultum habentem à Gregorio XV. & quo ille indifferet utebatur, & cum inani pompa omnino incongrua, quoniam in puncto juris dictus Rector utpote manualis, & non solitus conferri in titulum, neque dici potest in ecclesiastica dignitate constitutus, dum neque ipsa Ecclesia est Collegiata habens solum aliquos capellanos manuales & conductitios.

ANNOT. AD DISC. XIV. & XV.

De usu Pontificium competente inferioribus Prælati, ac etiam de eodem usu in Episcopis in aliena Diocesi, agitur in Assell. Eccles. disc. 22. etiam in adnot. ad Concil. Trident. disc. 6. ubi de hac materia videri potest.

ROMANA USUS PONTIFICIUM PRO ABBATE MONASTERII SANCTI PAULI.

Discursus in Congressu.

De decretis generalibus Sacre Congregationis Rituum restringentibus ad certas solemnitates, seu certa anni tempora usum pontificium in Abbatibus, & Prælati Regularibus quando procedat, Et an ab illis excepta sit Ecclesia Sancti Pauli de Urbe.

S U M M A R I U M

- 1. De decreto ut habentes usum pontificium non utantur, nisi in tribus anni solemnitatibus.
2. An dici possit solemnitas aliquod sumus defuncti.
3. De declaratione, seu modificatione dicti decreti, & num. 5.
4. Lex generaliter loquens generaliter intelligi debet, & in favorabilibus indefinita æquipollet universalis.
5. Qualis sit sensus declarationis, de qua n. 3.
6. De Indulto particulari Sancti Pauli de Urbe, ejusque particulari ratione.
7. De ratione ob quam huic Ecclesie major præminentia competit.

D I S C. XV.

De anno 1628. Sac. Rituum Congregatio per Decretum generale sanxit, Abbates, alioque prelatos Regulares, ex Apostolicis indultis habentes usum Pontificalium, illis ut non possent, nisi in tribus anni solemnitatibus, & de quo decreto habetur actum in *Mediolan. interdicti, sub tit. de privileg. d. 30.* ubi an dici possit solemnitas celebratio funeris, seu exequiarum aliquis Principis, seu Cardinalis, aut magni Magistratus; De anno vero 1660. eadem Sac. Congregatio sub die 20. Julii plures fecit declarationes favore Abbatum Congregationis Cassinensis, illam præferri, quod non obstante dicto decreto generali, salva remaneret ea privilegia, quæ expressè & verbaliter aliquibus Monasteriis dictum usum in pluribus solemnitatibus & temporibus concederent; Quæ delegatio sic fiant dubitari contigit, an privilegia Apostolica generaliter & indefinite, in quibuscumque solemnitatibus & functionibus hujusmodi usum concedentia Abbati Basilicæ S. Pauli Urbis, sub eadem declaratione, eaderent; Unde desuper habito congressu, prævis etiam discussibus in scriptis, Aliqui fundamentum principale constituebant in *Constitutione 55. Eugenii IV.* confirmante omnia indulta & privilegia huic Monasterio per prædecessores Pontifices concessa, præsertim verò circa usum pontificalium, generaliter & indefinite; Unde propterea concluderent, hunc Abbatem à dicta restrictiva exemptum esse, procedendo cum regulis generalibus, quod lex generaliter loquens generaliter intelligi debet, quodque indefinita æquipollet universalis, &c. juxta leges & auctoritates collectas per *Barbosi, inter tractatus varios, axiom. 123. & 126.* unde transcriptor de facili cætas implere potest.

Diversa erat mea sententia, quoniam pene omnia hujusmodi privilegia, tam huic, quam aliis Congregationibus Benedictinis concessa, juxta eundem tenorem videntur super usum pontificalium generaliter, & indefinite, ita ut rara sint ea, quæ certorum temporum, vel solemnitatum specificationem habeant, ut præsertim in illa Congregatione patet ex pluribus Constitutionibus, seu privilegiis registratis in Bullario Cassinensi, unde propterea dictæ regulæ, seu axiomata generalia sufficerent, dictum decretum generale anni 1628. itane remaneret, nunquam operativum, dictaque declaratio, seu modificatio, vel non necessaria, vel potius ejus omnimoda destructio, seu revocatio dicenda esset.

Ideoque mihi videbatur, germanum ejusdem declarationis sensum esse, exceptuandi ea privilegia, quæ aliquibus Monasteriis ex causis, seu circumstantiis particularibus, expressè, & in verbis pro pluribus anni temporibus hunc usum concederent, ita ut eis præfata generalis restrictiva non congruat, puta quia, vel ex numero reliquiarum ibi existentium, vel ratione magnæ devotionis & concursus populi; seu ex alia particulari circumstantia, consueverunt sit, ac expediat plures festivitates ita solemniter celebrare, quodque alias scandalum, vel diminutio devotionis & cultus resultaret, & sic quod urgeat ratio particularis, non autem generalis omnibus adaptabilis, ne, ut dictum est, dicta restrictiva inanis remaneat ac veneno.

Quamvis autem mea sententia esset cæteris rigorosior, unde propterea in proposita facti speciei conclusionem nega suffragari solem generalitatem dictæ Constitutionis Eugenii, in qua alii fundamentum peculiaritatis rationis in aliquo Monasterio litantur ad ipsa, credendum, etiam in sensu veritatis, dictam declarationem huic Monasterio suffragari, fundamentum principale constitutivum in Constitutionibus Innocentii III. & Honorii III. quæ sunt 22. & 25. in eod. Bullar. Cassinens. obdifferetivam, eum quæ Abbati hujus Basilicæ talis Pontificalium usus conceditur sub forma ab omnibus aliis diversa. In aliis enim omnibus, vel motu proprio, vel ad supplicationem, concessiones sunt in forma gratiosa & privilegiativa, atque diriguntur ipsi Abbatibus, seu Monasteriis; Scitis autem in prædictis literis Innocentii & Honorii, in quibus Pontifices, enarrantes gratias, quas Ecclesia & Pontificia dignitas ex operibus, vel intercessione Apostoli Pauli receperunt, in ipsum verba dirigendum, profitemur confirmare, seu de novo dare ea quæ sua erant, vel partem eorum, quæ ab ipso recognoscerebant; Atque agendo de hoc usu pontificali, non dirigunt verba ad Prælatum, seu Abbatem ac Monasterium pro unius, vel alterius gratia & honorificentia, ut est hujusmodi indultorum consuetudo forma, sed patitur verba diriguntur ad ipsum Apostolum ejusque, ac Principis Apostolorum sacra membra ibi existentia, ut ad eorum honorem & laudem, Abbas tanquam minister ita quæ hoc

usum magis decenter & honorificè hujus Basilicæ solemnitates celebraret, & sic intrabat dicta ratio peculiaritatis exigens indefinitam hujusmodi facultatem, quæ quocumque occasione aliquis solemnitas exigeret, in reverentiam & honorem Ecclesie magis, quam in privilegium & prerogativam ipsius Prælati celebrantibus.

Potissime verò & clarius ob eam circumstantiam, quod ista esset una ex Basilicis Patriarchalibus Urbis, tertium occupans locum, atque juxta unam opinionem æquè concurrentis cum aliis Basilicis Patriarchalibus ad efformandum Cathedralium Urbis, & consequenter aliquam portionem peculiaritatis, ob quam sine speciali mentione venire non debeant ejus privilegia sub derogationis generalibus; Dando in hoc exemplum legis, seu decreti generaliter disponentis de præminentis Archiepiscoporum, seu aliarum Dignitatum Ecclesiarum Cathedralium, vel Collegiarum, quod sub hac generalitate absque dubio non venirent Archiepiscoporum Basilicarum Patriarchalium *Luceranæ, Paucanæ & Librianæ.* ob excellentiam dignitatis & Ecclesiarum, quo ratio proportionaliter & respectivè Abbati, seu Prælati hujus Basilicæ adaptabilis quoque videbatur.

Ea etiam consideratio habita, quod cum plura adessent Monasteria, quorum Abbatibus, seu Prælatibus ex peculiari ratione conveniret dicta declaratio, propterea incongruum est, ut Abbas hujus insignis Basilicæ, quæ omnium Ecclesiarum Regularium major, & dignior, atque quodammodo caput dici potest, ita inferiorum haberet præminentiam & prerogativam; Et ex his pro indefinito usu prædicto, quocumque occasione congrua exigeret, mihi quoque concludere visum est, concordando cum aliis in substantia, non autem in ratione, cum hac media videretur pro meo judicio magis facere ad rem.

**P R A G E N. P R A E C E D E N T I Æ
P R O E P I S C O P O L I T H O M A R I C E N.
C U M A R C H I E P I S C O P O S E B A S T E N.
S U F F R A G A N E O A R C H I E P I S C O P I P R A G E N.**

Causa disputatus in Sac. Congregatione Rituum & resolutus ut infra.

De præcedentia inter Episcopum Provinciale, seu suffraganeum in propria provincia, & Archiepiscopum titulare, qui sit Vicarius, seu coadjutor in pontificalibus, vulgò suffraganeus Archiepiscopi metropolitani in Pontificalibus, an scilicet ipsa dignitas Archiepiscopalis non obstante numeris diversitate causet præcedentiam supra Episcopum.

S U M M A R I U M

1. Facti series.
2. Distinguantur casus controversæ.
3. Episcopus in propria Diocesi omnes precedit.
4. Ita Parochus in propria parochia.
5. Nemo potest licet sit Episcopus, in aliena Diocesi habere usum Pontificalium.
6. De Archiepiscopo Nazarenis præminentia.
7. Episcopi suffraganei in actibus provincialibus quos gerunt cum Metropolitano, omnes precedunt etiam digniores & devotiores.
8. Quid in actibus indifferenteribus in provincia.
9. Episcopi suffraganei in provincia dicuntur habere jurisdictionem habitabilem in provincia, & de facultatibus eis competentibus.
10. De observantia Capellæ Pontificiæ, & Curie Romanæ.
11. Consuetudo generaliter tribuens præcedentiam minus dignis reputatur corruptela.
12. Referatur decisio Sac. Congregationis Rituum.

D I S C. XVI.

Cum Archiepiscopus Pragæ, qui tunc erat Cardinalis de Arach, juxta Germaniæ frequentem, ac ferè generalem usum, pro exercitio Pontificalium, apud se haberet Archiepiscopum Sebasten. in partibus Infidelium in Vicarium, seu coadjutorem, qui suffraganeus nuncupari solet. Orta est præcedentia controversia, inter ipsum, & Episcopum Lithomariensem hujus provincie Episcopum suffraganeum antiquiorem; Quare desuper de meo judicio consultus ex parte dicti Episcopi, quinimò & ejusdemmet Cardin-

alis Archiepiscopi: Ad veritatem erutendam mihi videbatur, tres casus distinguendos esse, Unum scilicet, ubi ambo reperirentur in ipsa Civitate, vel Diocesi Lithomariensi, Alprovincia; Et tertium ubi in loco omnino tertio.

Primo casu pro Episcopo rebotur respondendum censui, quoniam in propria diocesi reputatur Pontifex, omniumque Superior, ideoque omnes præcedit, quævis ordine, vel dignitate majores, Chaslan. in *catalogo serie mundi, part. 4. consularat. 22. Barbol. de univers. Jur. Eccl. cap. 13. num. 11.* Et habetur in Parocho, qui in propria parochia præcedit Abbates, ac Dignitates, & Canonicos Cathedralium singulariter consideratos, & non confluentes Capitulum, alioque digniores, Abb. in *cap. postulatus, de concess. preben.* Tambuit. de *Jur. Abb. tom. 1. disp. 25. q. 2. n. 28. Penia dec. 261. juxta Legationem in Pamplonem. præminentiarum 22. Martii 1604. Litta. & 1. Julii 1609. Pamphilo, Zamorem, Inrium parochialium 23. Maji 1644. Peiting.* Et habetur in *Amphyvion. & Civitanæ. præcedentiæ. hoc eod. tit. de sc. leg. & in decisionibus in ea causa editis.*

Neque dicebam intrare distinctionem, inter functiones jurisdictionales, & alias indifferentes; Tum quia Doctores indistinctè firmant dictam conclusionem ad favorem Episcopi, vel respectivè Parochi in proprio territorio existentis, ratione illius præminentie quam secum trahit ipsa qualitas jurisdictionalis, quia ibi reputatur caput, ideoque primum locum occupare debet; Tum etiam propter usum pontificalium, ac habitus jurisdictionalis, dum privatè ad omnes, etiam in actibus indifferenteribus, utitur rochero & mozzeta, necnon benedictionem populo impartitur, quod aliis non conceditur, nisi in quibus eadem jurisdictionis ratio militet, ut sunt Legatus Apostolicus, Patriarcha, vel Metropolitanus tempore visitationis, nisi talis usus ex aliquo speciali privilegio Sedis Apostolicæ etiam in aliena diocesi competat, ut forte singulariter in honorem Episcopi patriæ Domini nostri Jesu Christi competit Archiepiscopo Nazaren. 106. ex firmatis per *Rot. dec. 106. par. 10. rec.* cuius decisionis mentionem habet etiam Ughellius in *septimo. Italia Sacrae.* ubi agit de hac Ecclesia Nazarena ob ejus residentiam in Italia, & de quo habetur etiam actum occasione aliquam controversiarum jurisdictionalium, seu præminentiarum inter ipsum & Archiepiscopum Tranen. in cuius diocesi residentiam habet *sub tit. de jurisdictione in Nazarena, disc. 20.*

Quo vero ad alterum casum, concursus scilicet hujusmodi Prælatorum in ipsa Civitate Metropolitana, ejusque diocesi, vel provincia, distinguendum inter functiones publicas, & jurisdictionales ratione Episcopatus & Prælaturæ actualis puta in Synodo Provinciali, in consecratione Episcopi provincialialis, in Dieta Regni, in coronatione Regis, vel Reginae, cum similibus, & inter actus omnino indifferentes ac privatos.

In prima specie, absque dubio pro Episcopo respondendum esse dicebam, quoniam cum isti sint actus, qui geruntur in titulum sub nomine prælaturæ, dictus Archiepiscopus titularis, utpote non existens de illo ordine, seu genere, nullum jus habet in eis interveniendi, quia extra suum officium, unde reputatur vir merè privatus; Ac etiam urget eadem ratio casus præcedentis, ut scilicet habens jurisdictionem in proprio territorio, seu loco, præcedat non habentem; Altera etiam ratio ponderata, quod Metropolitanus cum suis suffraganeis, unum & idem constituit provincie corpus, cuiusque esse caput, alii sunt membra, ideoque non potest diversa persona intermediare, juxta ea quæ habentur in questione Vicarii Generalis intermediantis necnè inter Episcopum & Capitulum, ex deductis infra in *Majoricenis. hoc eod. tit. disc. 18. & 19.*

Quidquid enim sit de eo casu ex ratione universæ jurisdictionis, quodque Episcopus & Vicarius, quemadmodum unum Tribunal constitunt, ita unam personam representant videntur, ut ibi; Ista ratio non congruit hujusmodi suffraganeo, qui absque jurisdictione est simplex minister in usu pontificali.

Ubi vero agitur de actibus indifferenteribus, quales sunt sessiones in mensa, curru, & aula, & similes; Et tunc mihi inferebat difficultatem observantia Curie Romanæ, in qua dictus Archiepiscopus titularis totam ejus præsentionem fundabat, ut in notulis transmissis insinuaubat; Verum pro meo judicio, hujusmodi observantia non obstante, contra probabilius videbatur in Civitate Metropolitana, seu intra provinciam, Non quidem ex ratione majoris existimationis de facto, quam Episcopus in eisdem notulis deduc-

Card. de Luca, Lib. III.

cebat etiam in tertio casu, ut infra, Sed ex eadem ratione jurisdictionis, sicut habitualis, quam Episcopi suffraganei in universa provincia habere videntur, ideoque stare dicuntur in domo propria, & in statu majoris præminentie, dum Archiepiscopo negligente, aut non residente, suffraganeus antiquior ejus vices supplet & judicat juxta dispositionem *Sac. Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 23.* Atque Sædè vacante, si Capitulum Metropolitanæ negligit intra 8. diès legitime Vicarium deputare, idem antiquior suffraganeus deputat ex eodem *Concil. sess. 24. de reform. cap. 16.* Prout causas Episcoporum suffraganeorum cum Metropolitanis cognoscit, atque leges in Synodo provinciali cum Metropolitanis & Coepiscopis provincialibus comitit, aliaque hujusmodi gerit, de quibus in eodem *Concil. a. sess. 24. de reform. cap. 2.* Ideoque negari non potest superioritatis, & jurisdictionis habitualis in provincia, ob quam, et tamquam dignior majores debentur præminentie in hoc territorio supra alios, quamvis in majore ordine constitutos, ex eadem ratione, de qua in casibus præcedentibus; Quæ ratio non militat in Capella Pontificia, seu alias in Romana Curia, in qua in proposito omnes Episcopi sunt æquales absque jurisdictione nec actuali, nec habituali, excepta illa facta remota habituali quam Episcopi habentes decem annis habent discretivè ad solos titulares, interveniendi ac votum profertendi in Conciliis generalibus, quod est quid valde remotum, ideoque ita omnes dicuntur esse in loco omnino tertio.

Demum quoad tertium & ultimum casum, extra scilicet provinciam & in loco omnino tertio, Ex parte Episcopi allegabatur Germaniæ consuetudo, quæ de facto ab aliqua probabilitate aliena non videretur, quoniam in ea regione, cum Episcopi ob utriusque jurisdictionis (spiritualis & temporalis) amplitudinem, aliaque multas præminentias, Principum figuram etiam faciant, de consequenti resultat, quod Episcopus non cadunt nisi in personis ordinis Magnatibus, vel saltem in valde nobilibus & potentibus, qui de facto hujusmodi Episcopi titulares suffraganeorum munus replent, inter eorum famulos & servitores quodammodo reputant, atque vulgò per populum inter Episcoporum ministros reputantur potius, quam inter Prælatos, ita ut inter unos & alios nulla penitus dignoscatur comparatio, ferè propterea; Eo modo, quo de facto nos docet præcis Urbis, ubi multi obtinentes primas dignitates in Cathedralibus, vel Collegiatis insignibus de partibus; nam in Curia, ut donec in ea morantur, se sustinere valeant, munus adiutoris Parochorum, seu capellanorum manualium & conducticiorum pro functionibus aliisque Divinis officiis expliant, & consequenter de facto, non curata dignitate, quam obtinent in propria patria, in modica existimatione habentur, atque longè inferiores reputantur nedum Canonicis cuiuslibet infimæ Collegiati Urbis, sed etiam simplicibus Sacerdotibus & clericis in hoc servitio munere ferè non ingerentibus; Et hic de facto videtur casus.

Quia verò de jure attenditur prerogativa ordinis, seu dignitatis, atque illa consuetudo, quæ generaliter dat præcedentiam minus digno supra digniorem, reputatur corruptela, ex deductis per Gregorium *decisione 310. num. 5. & Ad dem. ad eum. decisio 124. & passim.* Idcirco in hac parte contrarium respondi, potissimè stante dicta observantia Capellæ Pontificiæ, ac totius Curie, non obstante quod de facto in aliquibus Episcopis titularibus, vel etiam actualibus pauperes & infelices Ecclesiarum habitibus, ut sunt plerique in Regno Neapolitano, frequentius ad magnos Episcopos, vel Archiepiscopos intrat eadem ratio, ferè propterea, quoniam ea non obstante attenditur solum antiquitas promotionis juxta dispositionem juris tanquam inter existentes in eodem ordine.

Cum autem, ut quædam experitur, ob ingeniorum varietatem, sive etiam quandoque ob diversas voluntates non eandem sinceritatem habentes, nimis varia fuerint vota aliorum, qui hinc inde desuper convulsi fuerint, Hinc proinde non potuit controversia ita benevolè terminari, ut erat Cardinalis Archiepiscopi desiderium, Undè consultu fuit Sacra Rituum Congregatio, cui hujusmodi responsa exhibita fuerunt, Quæ juxta præmissa respondit, excepto solo factu actu indifferenterium in loco tertio extra propriam diocesim Episcopi, quamvis in ipsa Civitate Metropolitana, vel in provincia, quæ resolutio in loco verò tertio extra provinciam probabilis via est, contrarius de facto dicta consuetudo Germaniæ fati urgeret in quarumvis, tam ob dispersionem juris, quam ex observantia Capellæ Pontificiæ, cui principaliter Sac. Congregatio innixa est; Verum intra provinciam non

non potui in præfate resolutionis obsequium captivare intellectum ob dictas rationes, quæ mihi urgere videbantur.

ANNOT. AD DISC. XVI. cum quatuor seqq.

AD materiam præcedentiam inter Clericos, de qua in his discursibus agitur, videantur ea, quæ habentur infra in hoc Supplemento, disc. 41. 42. & 43.

AMPURIEN. ET CIVITATEN. PRÆCEDENTIAE

PRO CAPITULO COLLEGIATÆ, LOCI NUNCUPATI

DEL TEMPIO.

CUM CANONICIS CATHEDRALIS AMPURIEN.

Causa variè decisa per Rotam.

Canonici Cathedralis associantes Episcopum in visitatione, seu alia occasione sibi assistentes, An præcedant in Ecclesia Collegiata ejusdem Ecclesiæ capitulum & Dignitates, sive in alia Ecclesia Parochum, aut proprium Prælatum, & rectorem.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
2 Decisio causæ.
3 Conclusio ut Capitulum Cathedralis debeant præminentiam, intelligitur intra propriam diocesim.
4 Capitulum præcedit omnes etiam in eorum propriis Ecclesiis, & de ratione.
5 Universitates & corpora universalia præcedunt singulos licet digniores.
6 Canonici associantes Episcopum in visitatione, an dicantur habere jurisdictionem & esse Visitatores.
7 Capitulum potest representari ab uno, vel duobus Canonici tantum, & quando id procedat.
8 In quo consistat consuetudinem, seu Juristarum doctrina, & excellentia.

DISC. XVII.

Quamvis Ecclesiæ Cathedralis Ampurien. & Civitaten. quilibet suos limites distinctos habeat, ut in alia Ampurien. & Civitaten. Cathedralitatibus, seu unionibus supra, hoc eod. tit. disc. 7. Nihilominus quia Capitulum Cathedralis Civitaten. actualiter & de facto deficit, Hinc sequitur, quod Capitulum alterius Cathedralis Ampurien. pariter de facto in illa etiam diocesi, perinde ac si accessoriè & subjectivè unita esset, eandem gerit personam, seu facit figuram, præsertim vero Episcopum hanc diocesim visitantem, duo Canonici dicte Cathedralis Ampurien. associari solent. Unde propterea occasione visitandi Ecclesiam Collegiatam sub Gregor. XV. erectam in Oppido nuncupato del Tempio, quod supponitur subrogatum loco antiquissimæ Civitatis Pansarie, alias Civitaten. nuncupata & diruta, orta est controversia, An in choro alique functionibus dictis Canonici Cathedralis deberent præcedentiam supra ipsius Ecclesiæ Collegiatæ Capitulum, quod collegialiter intervenit; Et introducta causa in Rota coram Melio sub die 28. Novembris 1659. ad favorem Canonicoꝝ Cathedralis prodit resolutio, a qua tamen, in altera disputatione habita coram eodem occasione novæ audientie, recessum fuit sub die 19. Aprilis 1660., seu verus dicta prior resolutio declarata fuit, ut scilicet intelligenda veniat, inter Capitulum Cathedralis capitulariter cum Episcopo intervenientem, secus autem ubi agitur de Canonici singularibus, ac discretivè à Capitulo intervenientibus.

Quamvis autem, postea hujusmodi Ecclesiarum, & diocesum omnimoda distinctione, de qua per unionem æquè principaliter conservari dicitur, ut d. disc. 7. etiam hæc secunda decisio reformatoria parum præcedentiam esse, hoc quia præminentia debita Capitulo Cathedralis in omnibus Ecclesiis etiam supra eorumdem Capitula, Prælatos, seu Rectores, procedunt in proprio territorio, seu diocesi, in qua urget ratio jurisdictionis, & superioritatis, non autem in diocesi diversâ, in qua tale Capitulum habetur pro persona privata, nullamque præminentiam figuram facit; Nihilominus quia de facto observantia est in contrarium, etiam circa regimen, & jurisdictionem (sede vacante, juxta decisiones,

de quibus in dicto disc. 7. Idcirco præsupposito hoc statu, & donec revocentur dictæ decisiones, alias de stylo præsupponenda, probabiliter beneque fundatam dixi hanc secundam resolutionem ita distinguentem. Unde propterea consilii Capitulum Collegiatæ, pro quo scribebam, ut acquiesceret, potiusque assumeret sub nomine totius diocesis negotium principale super dicta omnimoda separatione Ecclesiarum, & diocesum.

Postea vero unitate, etiam prima decisio, in iis quæ juris sunt, dixit veritatem in abstracto super præcedentia debita Canonici Cathedralis supra proprios Canonicos, Rectores, vel Prælatos in ipsismet eorum Ecclesiis intra diocesim, sed fallacia fuit in applicatione, bene declarata per posteriorem resolutionem, quoniam intelligitur, quando dicti Canonici collegialiter constituunt Capitulum Cathedralis, cui supra omnes debita est præcedentia, Ex ea clara ratione, quod illud constituit unum, & idem corpus cum Episcopo, ideoque sicut ille omnes, & ubique in diocesi præcedit, ita etiam Capitulum, ne membra separantur à suo capite, Felin. in cap. cum non liceat. n. 2. de præscrip. Gemin. in cap. quamvis. §. quantumcumque. de præbendis in 6. & ceteri per Gratian. disc. 11. n. 2. cum seq. Barbof. de Canonici c. 18. n. 44. cum seq. ubi plures refert resolutiones Sac. Congregationis.

Alia etiam accedente ratione, quod pones Capitulum resideret Episcopalis jurisdictioni, & superioritas supra omnes saltem habitualis, ad actum deducibilis sede vacante, vel etiam plena in plerisque casibus, ideoque semper Superior præcedere debet subditum, atque super eum præminentiam habere, ut habetur etiam in Surrentina, & in aliis sub rit. de jurisdictione; Et ob quam rationem intellectus non acquiescit opinioni, quam aliquando tenuit Sac. Congregatio Rituum, ut in funeribus quæ fiunt in Ecclesiis Regularium cum intervenit Capitulum Cathedralis, præminentia celebrandi officium spectare debeat ad Prælatum Regularem, seu ab eo deputandum, eo modo, quo spectat in concursu Patochi, & vel Capituli Collegiatæ, quoniam magna differentia est inter unum casum, & alterum, ob dictam rationis diversitatem, ut habetur deductum in Calaritanâ funeratione, hoc eodem tit. disc. 22.

Non bene autem hæc applicabatur ad casum controversæ, in quo non agebatur de Capitulo, sed de aliquibus Canonici singularibus, qui licet digniores essent singulis Canonici Collegiatæ, nihilominus cedere debent locum Capitulo, seu Collegio, ex regula quod universitates, seu corpora politica præcedunt singulos quamvis alias digniores, Gratian. dicta disc. 11. n. 10. cum seq. Barbof. de Canonici, cap. 18. n. 63. Et in specie dec. 111. n. 8. & seq. par. 5. rec. atque in hujus causæ secunda decisio.

Scribentes in contrarium, fundamentum in eo constituiebant, quod isti Canonici non intervenirent in ea Ecclesia voluntariè, ac jure inter privato, sed potius jurisdictionaliter tamquam Superiores, associando scilicet Episcopum in visitatione ad præscriptum Sac. Conc. Trident. sess. 25. de reform. cap. 6. & consequenter, quod tamquam Superiores tunc præcedentiam habere debeant contra Capitulum subditum visitandum; Verum quamvis assumptum in abstracto subsisteret, adhuc tamen fallacia erat in applicatione, quoniam ut habetur particulariter actum in Romana Religiosis Ministrorum sub titulo de Regularibus, circa præcedentiam Sociorum, seu Assistentium Generalis supra Provinciales, vel Correctores, id rectè procedit quando socii tunc etiam conjuncti, coæquales, ac decemviri vorum habentes cum Prælato, cum quo unum, & idem corpus politicum constituunt, representativum personæ intellectualis Visitatoris, Quod dicit non potest de hujusmodi Canonici ad præscriptum dicti decreti conciliaris associantibus Episcopum visitantem, sed præstant solum assistentiam, prout facti ead. & pro consilio, non autem cum voto decisivo, & tamquam conjuncti.

Satis quoque infestabant eum copiosis allegationibus super conclusionem, de qua in Caseravalliana Canonici, sub tit. de Canonici, & Capitulum, ac in decisionibus in ea causa editis coram Duxotto, Pichio, & Albergato, quod scilicet Capitulum potest representari etiam per duos Canonicos, quinimo etiam per unum in quo totum jus Capituli resideret potest; Sed pariter admittendo conclusionem tantquam veram, dicebam fallaciam consistere in applicatione, ideoque probris inane, ac extra propositum remanebat illa copiosa allegationum congeries, ex qua ignarum vulgus iudicium eformare solet, quoniam id rectè procedit, quando ceteris Canonici censuratis, seu alias impeditis, vel deficientibus,

libus, aliqui licet pauciores, etiam tres, vel duo quinimo unus sunt non impediti, & habiles ad representandum universalitatem, & corpus politicum Capituli, ejus nomine expressè actum tamquam Capitularum, ex deductis in ead. Caseravalliana, quæ omnia in præfatis deficiebant, quoniam isti Canonici in hoc actu non interveniebant nomine Capituli tamquam explicitè actum universalitatis, seu Capitularum, sed tamquam singulares Episcopum associantes.

Item quia non deficiebant, neque impediti erant alii Canonici, qui remanent in ipsa Cathedrali, ubi constituiebant Capitulum, quod est unicum corpus individuum unius formalis, seu intellectualis personæ representativum, & consequenter non poterat unum, & idem corpus, eodem tempore esse in duobus locis, ideoque verificabatur id, quod frequèntissima, & quotidiana est inca diendi consuetudo, consuetudinem eruditionem, & excellentiam, non consistere in cumulo allegationum, cuique longè infra mediocritatem satis facili obliorum, & collectorum copiam, sed in applicatione congrua ad casum, de quo agitur, & ex qua incongrua applicatione, seu incongrua conclusionum confirmatione fieri solita per modestos potius collectores, & transcriptores, quam Doctores, adeo magna inolevit consuetudo, in dies major, ac intolerabilis efficienda in ista facultate, Et sic totum consistit in bene distinguendo, & congruè applicando.

MAJORICEN. PRÆCEDENTIAE PRO CAPITULO CATHEDRALIS CUM VICARIO GENERALI.

CUM VICARIO GENERALI.

DISCURSUS PRO DIRECTIONE.

An, & quando Vicarius Generalis Episcopi in Choro alique functionibus præcedat capitulum Cathedralis, ejusque Dignitates, & Canonicos, vel potius è converso eis locum cedere debeat.

SUMMARIUM.

- 1 Causa controversa.
2 Referitur opinio volentium Vicario non competere præcedentiam supra Capitulum, & primam Dignitatem.
3 Contrariam opinionem tenet Sac. Congregatio Rituum.
4 Quando contraria consuetudo etiam bene probata non suffragatur.
5 Consuetudo, per quam inferior præcedit Superiorem, est corruptela.
6 Quando consuetudo sit sustentabilis.
7 Consuetudo, quæ canonizat unam ex duabus controversis opinionibus, non est contra jus.

DISC. XVIII.

Delegante Capitulo Cathedralis Majoricen. præcedentiam Vicario Generali Episcopi, curavit ille obtinere à Sac. Congregatione Rituum rescriptum, antiquis ac frequentibus ejusdem Sac. Congregationis decretis conforme; super Vicariis præcedentia adversus Capitulum, ejusque primam Dignitatem; Cumque agentes pro Capitulo curarent hujus rescripti revocationem obtinere, atque meum requisissent patrocinium, dixi inane laborem esse ita absque justificationibus hujusmodi opus tentare, quoniam quicquid super hoc articulo tribentes variavere, Sac. Congregatio finitè tenet opinionem Vicario favorabilis super ejus præcedentia, excepto casu, in quo Dignitates, & Canonici cum pluralibus, & planetis Episcopo assistentiam facerent. Ideoque antequam opus tentaretur, consilium obtinendam esse remissionem, ad effectum probandi consuetudinem per eosdem agentes constanter præsuppositam, prout obtenta fuit, cum incertitudine tamen quid inde sequutum sit.

Pro institutione tamen ejusdem Capituli, atque ad effectum bene concludendi probationes, eidem agentibus instantibus, discussum edidi, in quo dicebam; Quod licet Menoch. conf. 51. & 257. & latius Joannes Pichardus apud eundem Menoch. conf. 53. plene ac elaboratè, cum pluribus auctoritatibus, & rationibus ibi videntibus, subsint partes Capituli ejusque primæ Dignitatis, ac etiam satis urgeat ratio unitatis corporis, quod constituunt Episcopum tamquam caput, & Canonici tamquam membra, unde propterea incongruum, & monstruosum est, ut inter caput, & membra in eodem corpore aliquid extraneum commisceatur, ex plenè collectis per Gratian. disc. 111. n. cum seq. Marefcott. Card. de Luca, Lib. III.

lib. 1. var. cap. 69. apud quos ceteri. Alii verò distinguere soleant inter actus jurisdictionales, & non jurisdictionales. Nihilominus Sac. Rituum Congregatio, hac distinctione rejecta, excepto solum dicto casu assensitæ cum paramentis, indefinitè sequitur opinionem Abb. conf. 21. par. 1. quod ceteri sequuntur deducti in voto Cantucci registrato apud Gratian. dicta disc. 111. n. 24. & seq. super præcedentia Vicario debita, ut patet ex declarationibus registratis per Barbof. in summa Apostolicarum decisionum, verbo Vicarius Generalis circa locum, & præcedentiam, collectan. 714. atque hoc jure vivitur quoties non consistet de legitima consuetudine bene probata.

Quatenus verò ad hujusmodi consuetudinem pertinet, advertebam plures casus distinguendos esse, Quorum primus est, quando Vicarius Generalis, absente Episcopo, intervenit in Capitulo, vel altera functione tamquam Præfidentis & superioris, loco & vice Episcopi absentis, & tunc dicebam desperatum opus videri, quoniam dum intervenit tamquam Præfidentis & superioris, omnino incongruum est, ut locum cedat subditis & inferiori, unde quando etiam hujusmodi consuetudo probaretur, illa reparatur potius corruptela, qualis dicitur ea, per quam subditus præcedat Superiorem, ut in specie habetur in dicto voto Cantucci, & admittitur apud Gratian. dicta disc. 111. n. 16. cum seq. & generaliter Greg. dec. 310. n. 5. & Adde. ad eum dec. 124. Rota dec. 3. & 111. par. 5. rec.

Clarius verò ac extra difficultatem, quia isto casu consuetudo erat omnino improbabilis, dum in factis supponebatur illi Vicarium, seu delegatum particularem, qui in ista Ecclesia deputari consuevit pro solo interventu, seu præfidentia in Capitulo vice Episcopi absentis, quoties non est in habitu canonicali, primum locum occupare, Si enim iste Vicarius particularis, qui proinde ad differentiam Vicarii Generalis nuncupatur Capitularis, minore abque dubio habens jurisdictionem, & præminentiam, atque jure foranei potius censendus præcedit, multo magis extra difficultatem eadem præcedentia debet Vicario Generali in universali Episcopali jurisdictione representante Episcopum, cum quo unum & idem tribunal constituit.

Alter casus est, ubi agitur de actibus Collegialibus, seu Capitularibus, in quibus intervenit etiam Episcopum, ut est in celebratione Synodi, in processionibus, & similibus, Et tunc licet, ut dictum est, Sacra Congregatio tenet opinionem Abbatis & sequamur super Vicariis præcedentia, Nihilominus id non est expresse determinatum in jure, sed est articulus inter Doctores controversus, & in quo, ubi auctoritas Sac. Congregationis non urgetur, probabilior magisque fundata videtur diversa opinio, quam subsint Menoch. Pichard. Marefcott. & Gratian. locis citatis, & ceteri apud eos, ob dictam satis convincentem rationem unitatis corporis, unde propterea monstruosa est alterius extranei intersecatio; Ac etiam, quia præsentè & interveniente Episcopo, necessarius non videtur intervenus Vicarii, ejus officium non est necessarium, quoniam Episcopum potest judicare & administrare per se ipsum, ac nullum habere Vicarium, ut apud Cavaler. dec. 418. & habetur in Acermen. disc. 24. & in aliis sub tit. de jurisdictione, ideoque ubi dicta consuetudo probaretur, etiam simplex quadragenaria, quinimo & minor, meo iudicio videretur sufficiens, quoniam non agit de consuetudine habente positivam juris resistantiam, sed potius declinante unam ex duabus opinionibus in articulo controverso, ideoque magis præterquam contra jus, juxta dec. Pucei 240. in fin. lib. 3. dec. 26. n. 7. par. 3. rec. incertum tamen est, quid inde sequutum sit; Sed ex dicta ratione, satis honesta & probabilis mihi videbatur Capituli præfentio.

MAJORICEN. FUNCTIONUM PRO CAPITULO CATHEDRALIS, CUM ARCHIDIAcono ALISQUE DIGNITATIBUS.

Causa disputata in Congregatione Rituum occasione remissoria obtenta.

De functionibus Pontificalibus, vel majoribus, quæ absente, vel impedito Episcopo pertinent ad Archidiaconum, seu primam dignitatem, An ex consuetudine sint ad dispositionem capituli, sicut faciendæ sint per capitularem ab eo deputatum.